

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Mysta In Pulpito Simplex, seu Dissertatio Theologica, De  
Simplicitate, Quam Ecclesiasticus Præsul, in suggesto,  
Nunquam non, sollicitus ac satagentius obervare debet**

**Nitsch, Georg**

**Wolffenbuttelaë, MDCCXVI**

**VD18 13021338**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-13753**

Theol VI 176

55

# MYSTA IN PULPI- TO SIMPLEX,

*seu*  
DISSERTATIO THEOLOGICA,  
DE

# SIMPLICI- TATE,

Quam  
ECCLESIASTICUS PRÆSUL,  
*in suggesto,*


Nunquam non, sollicitius ac satagentius  
*observare debet,*  
instituta

à  
GEORGIO NITSCHIO,  
Pastore primario, Consist. Assessore & Superin-  
tend. General.


---

WOLFFENBUTTELÆ,  
Sumtibus GOTHOFREDI FREYTAGII, Anno M DCC XVI.





MYST  
TO  
DISSERTA  
STIM  
BOGHESE  
Mundung  
GEOR  
Gothor



## *Prolusio.*

Luscula sunt, fateor, quæ  
ii, qui sunt Sal terræ, Lux mun-  
di, DEI obstetricantes Coopera-  
rii, Dispensatores, non ministe-  
riorum, ut Vulgatus hallucina-  
tur; sed mysteriorum; Paranymp̄hi Christi, Viri  
DEI (κατ' ἐξοχήν) Interpretes voluntatis divinæ, Epi-  
scopi, Architecti, Speculatores, Seminatores, Pesca-  
tores, Pastores &c. dum iter monstrant

*ad sidera Cæli,*  
anxiori cura & religiosiori observare tenentur sollici-  
tudine. Ad duo autem cumprimis fastigia, si rem  
inspexeris penetrantius, univ̄ersa posse contrahi,  
haud inconstanter, mecum ibis asseveratum. Scili-  
cet, nunquam non id agant strenue, quo fidem fir-  
ment, moresque informant, quo rectum de DEO  
sensum instillent, verumque in DEUM cultum propa-  
gent. Ἀρχαίως quippe & solent & debent connecti  
Urim & Thummim, γνῶσις & πράξις, scientia & con-

scientia, catechesis & ἁσκεισις, veritas & sinceritas, notio & devotio, contemplatio & oratio, speculatio & operatio. Paucis! ubi Ruth, ibi Naemi; ubi Maria, ibi etiam adesse debet Martha. Festiviter Gregorius, ad verba Ezechielis, cap. 1, 8. *Manus hominis, sub pennis eorum: Manus hominis, inquit, sub pennis, est virtus operis, sub volatu contemplationis.* Dum itaque proponunt ἀλήθειαν, Oratores Evangelici, indelinerenter cogitent, eam esse ἀλήθειαν, κατ' εὐσέβειαν. Tit. 1, 1. Dum mysteria explicant, perpetim recordentur, *Mysteria esse pietatis* 1. Tim. 3, 16. Id quod etiam, ex natura concionis (per quam non coetum; sed sermonem intelligo ad coetum) patenter dignoscitur. Quid autem, ais, est concio? *Actio sacra, explicans & applicans verbum θεῖον, ad gloriam DEI, & aedificationem populi.* Liceat hoc fufius punctiusque aliquantisper sistere.

*ACTIO*, inquam; nam praedicare est agere; ergo praedicatio est actio. Uni conjugatorum quod convenit, caeteris quoque suo conveniat modo necesse est.

*Sacra.* Objectum est sacrum, subjectum itidem debet esse sacrum. Sciscitare ex Oratoribus, quid sit Orator? & responsum habebis: *Vir bonus, dicendi peritus.* En! *Vir.* *Faemina* enim (ut Valerius Maximus, Patricius Rom. testatur) *cum concione nihil commune.* Lib. 3. 8. Haud miscuit ea se comitiis. Pariformiter nec hodie, in conventibus ecclesiasticis palam

palam perorare debet, idque in poenam linguæ, semel ab Eva, in Paradiso male usurpatæ I. Cor. 14. 34. 35. Qualitas est bonitas. Hac propter dictum: *Vir bonus.* Non itaque huc spectat Epicureum sensuum mancipium, totus, qui caro, luto quasi involutus, rebus hujusce seculi addictus, in terra nil nisi terram meditans. Ut neque is, qui non mentalem, sed atramentalem duntaxat consecutus est scientiam, in manifesto Christianus, in occulto gentili gentilior. Lingua est sancta, materia sancta, persona etiam debet esse sancta. Sancta, in qua sui ipsius abnegatio, & sui ipsius, propter regnum DEI, castratio. Præclare, ut solet, Spizelius: *Etiam si cunctis naturæ donis, & omnigenæ scientiæ eruditionisque apparatus, vel ad miraculum usque præditus sit orator ecclesiasticus, vix tamen munere suo satis feliciter fungatur, ubi præstantioribus longe & excellentioribus dotibus, divinæ, videlicet gratiæ præsidii caruerit, atque fidei & pietatis infucata; sapientiæ cœlestis, cœli item, charitatis, humilitatis ac prudentiæ charismatibus neutiquam sit instructus; vid. ejus infelix litteratus, pag. 1082. Et quid Prudentius: Scio incapacem te sacramenti, Impie! Non posse cæcis mentibus, mysterium haurire nostrum. Nil diurnum nox capit. Quid enarras justitias meas, ita Dominus ad Peccatorem, & assumis testamentum meum, per os tuum? Ps. 50. Mercenarium illum vocat, Nicol. Hemmingius, qui dicit: Facite, sicut doceo; nolite facere, sicut ego facio. Subdit: *Novi quendam**

dam insulsum hominem, qui istam vocem sæpe suis inculcavit Auditoribus. Vid. ejus Pastor pag. 131. Verissime ac severissime Chrysostomus: Bene vivendo & bene docendo populum instruis, quomodo debeat vivere; Bene autem docendo at male vivendo DEVM instruis, quomodo te debeat condemnare. Hom. 43. in Matth. Caveas proinde, ne illotis, ut dici solet, manibus, profanoque animo sacratissima tractare at trectareve incipias mysteria. Noli permittere, ut Pastor audiatur & lupus videatur; ut angelica adsit lingua & diabolicus pes, sermo multus & fructus nullus; vultus gravis & actus levis; ut cœlum verbis, infernus autem ædificetur factis: Vel ipsi tituli, quibus ornatur

*Sacer residens Antistes ad altare,* vitiorum sordes excludunt. Ast quodnam actionis hierarchicæ supra constitutum fuit objectum?

*Verbum θεόπνευστον.* Non somnia sua, nec aliorum, in rostris proponat adinventata. *Quid enim paleis, ad triticum?* Jer. 23, 28. sed verbum, Prophetis ac Apostolicis libris comprehensum. 'Οὐδὲν ἄλλο γραφῆς, ita Veteres: Et Paulus: 'Οὐδὲν ἐκ τῶν λέγων. Act. 26, 22. Ineptè quondam Stancarus: *Plus valet unus Petrus Lombardus, quam centum Lutheri, ducenti Melancthones, trecenti Bullingeri, quadringenti Petri Martyres, quingenti Calvinii.* Bellarm. Lib. de Christ. meditat. c. 2. Aptius ego: *Plus est in una sententia Scripturæ Evangelicæ, quam in omnibus Livii, Platonis, Plutarchi,*  
De-

Demosthenis, addo, & Tullii & Aristotelis &c. spaci-  
 ciosis voluminibus. Est δὲ ἡ δυνάμις τοῦ θεοῦ, ut Apostolus af-  
 firmat, h. e. potentia DEI, (abstracto posito, pro  
 concreto) ad salutem omni credenti. Rom. I, 16. Ex-  
 pendens hæc Megalander Lutherus, in subsequen-  
 tia descendit verba: Ego ipse odi libros meos, & sæpe  
 opto eos interire, quod metuo, ne morentur lectores, &  
 abducant à lectione ipsius Scriptura, quæ sola omnis sa-  
 pientia fons est: ac terreor exemplo superioris ætatis.  
 Postquam enim in hominum Commentarios incidervunt,  
 qui sacris studiis dediti erant, non solum plurimum tem-  
 poris, in lectione veterum Theologorum consumpserunt;  
 sed tandem occupati sunt in Aristotele, Averroë, &  
 aliis, ex quibus postea nati sunt Thomæ & Scoti, &  
 Scoti, & similia portenta. In Gen. cap. 14. In pulpi-  
 to itaque ecclesiastico, nil nisi verbum θεοπνευστον,  
 quod non inepte, cum Tertulliano: Cor DEI dixe-  
 ris, sonare debet. Ad librum legis nos ablegavit Mo-  
 ses; Ad legem & Testimonium Esaias; Audire, quod  
 os Domini est locutum, mandarunt Prophetæ; Mo-  
 sen & Prophetas audire jubet Abraham; Attendere  
 lectioni hortatur Paulus; Attendentes sermoni pro-  
 phetico laudat Petrus; Scripturas scrutari præcipit  
 is, quem DEUS Pater, de cælo audiri mandavit.  
 Quidni itaque circa hoc verbum divinitus conces-  
 sum unice uniceque versaretur Rector ecclesiæ? Sed  
 plus aliquid, in concionis definitione addidi, vide-  
 licet:

Expli-

*Explicans.* Nauseant Muscovitæ penitiores sacrorum voluminum eviscerationes, nefasque ducunt, textus biblicos, e suggestu explicari; Ast citra omnem, si quid judicare possum, rationem. Inter Judæos, ut me tacente notum, Γραμματῆς erant, Νόμοιχοι, Νομοδιδάσκαλοι, quorum munus in hoc consistebat, ut scripturam sacram explicarent, & ardua, abscondita, intricata, nodosa atque perplexa elucidarent. Talis scriba fuit Ezra *promptus in lege Mosis* Ezz. 7, 6. Tales itidem erant, qui tempore Christi, super Cathedram Mosis sedebant, & populo legem enarrabant. Matth. 23. Emphatica est quæstio Apostoli: *Num omnes interpretantur?* I. Cor. 12, 30. Theologi itaque dantur expositivi. Et cum Philippus, ad Eunuchum: *Intelligis quæ legis?* Eunuchus respondebat: *Quæ possum, nisi quis mihi præierit!* Act. 8, 30. Opportunissimus in rem nostram Danhauerus: *Verbum DEI ager est, in quo innumera latent semina doctrinarum; sed Georgo opus est, qui plantet, riget, curet, excitet atque florem adducat.* Theol. Consc. Tom. I. pag. 428. Sed de hoc puncto pluribus infra. Audiamus alterum epithetum:

*Applicans.* Homiliarum anima est applicatio. Facit ea, ut verbum DEI sit meum & tuum. Quod omnibus indiscriminatim dicitur, nemini dicitur. Eine Lehre ohne Gebrauch / ita pereleganter Nonnemo, ist als eine Sache / darumb bloß gerathschlaget ist / ohn Beschluss; und ist weniger Kunst (sic pergit) ein Gebot zu geben!

ben / als den Gebrauch desselben bequemlich zu zeigen. *Cum in genere tantum* (sunt verba Nicol. Hemmingii) *accusantur scelera, quilibet vel nocentissimus os tergit, ac si ad se nihil pertineret, quod dicitur. At, qui in faciem, probrum objicit, ut tyrannidem, libidinem, injustitiam, violentiam, ebrietatem, obtrectationem, veneficia, diabolicas artes, acceptationem personæ in judicio, & alia hujusmodi, is vere cum hostibus conserit manus, regnum Satanae fortiter invadit, atque à castris Regni Christi hostes pellit. Vid. præfat. Tract. de Past. Non semper itaque manendum in monte; sed descendendum, cum Mose, ad populum. Actio, ut Logici dicunt, fit per contactum. Retis extensioni, quæ pisces involuit, haud malè composueris applicationem. Nil prodest panis integer, nisi in partes dissectur; nil quoque remedium, (nec ad entis, nec ad mentis vulnera sananda,) nisi assumatur; Hac propter plur. Rever. Gœbelius id dat consilii, ut maxima temporis pars & potissimus concionatoris labor, præsertim in enarratione Textus historici analytica, applicationi impendatur. Si hic (subdit Vir Theologus) *prolixior & operosior evadit Textus explicatio, tota frigescit oratio, & inde parum utilitatis, in Auditores redundat. Methodol. Homil. pag. 396.**

*Ad gloriam DEI.* Usque adeo hæc, in Præsulis Ecclesiastici *βραβέυεσαι* debet mente, ut nihil eidem statuatur *ἀντὶ ἴσσοπον*, nedum *ἰσὸσσοπον*. Scitum profecto effatum, quod in Pirke Aboth cap. 2, 12. allegante Herm.

B

Herm.



Herm. Witfio ( vid. ejus exerc. in Orat. Domin. pag. 116. ) extat: *Omnia opera tua fiant cum intentione, ad nomen caelorum, i. e. ad Deum; cui symphonum pro- dit Apostolus: Sive editis, sive bibitis, sive quid faci- tis, omnia in DEI gloriam facite* 1. Cor. 10, 31. Seja- nus, prout refert Xiphil. Epit. Dionis sibimetipsi quondam sacrificavit; & quantus olim, principatus Ecclesiastici affectator fuit Diotrophes, Joh. III. Ep. v. 9. Hodie quod dolenter pronuncio, plusculos passim conspicias, qui eodem se temerent, scelere. Non quaerunt DEUM, sed se ipsos. *In caput volunt consti- tui, & non in caudam, super & non subter esse, Deut. 28.* Titulosas amplitudines; altiora dignitatum cul- mina, & quas non pompas expetunt mundanas? Qua- propter etiam *καυροδύλειν*, in textu norunt substituere, pro *κυριοδύλειν*. Sed o mentes amentes! o animos sine animo! semetipsum qui quaerit, invenit tan- dem quod quaerit, scilicet vanitatem. Nam homo nil aliud, quam vanitas. Et quid ad ipsum Dominus in morte? *Pradicasti TE pro ME accipe ergo in merce- dem TE pro ME.* Salse hos plausuum Helluones per- stringit S. Bernhardus: *Festina multiplicare praebendas; inde ad Archidiaconatum evola, demum adspira ad Episcopatum, nec ibi quidem requiem habiturus, quia sic itur ad astra.* Serm. Ecce reliquim. omnia. Exesto autem spiritus ambitionis. Ad solam so- lius DEI gloriam simplici semper collima oculo. Hæc tuarum actionum; hæc tuarum tractatio- num

num sit prora ac puppis. Adhæret, fateor, eorum, qui pacem annunciant, pedibus, pulvis inanis gloriæ; sed excutiendus, abstergendus, ne aliis prædicans ipse fias reprobus. Dic cum Christo: *Ego non quero gloriam meam; sed ejus qui misit me* Joh. 8, 50. Dic cum Davide: *Non nobis, non nobis Domine, sed tuo nomini da gloriam.* Ps. 115. Dic cum Angelis: *Ei qui insidet throno, & Agno, sit benedictio & honor, & gloria & robur, in secula seculorum* Apoc. 5, 13. Qui itaque in se est primus ac ultimus, is & tibi sit primus ac ultimus. A gloria ejus incipe, in ejus gloria desine. Sit tibi  $\omega$ , omega, reliqua sint subordinata,  $\omicron$ , omicron.

*Ad edificationem proximi.* Triste sonat, cum Apostolus ad Philippenfium Doctores: *Omnes, quæ sua ipsorum sunt, quarunt, non quæ Jesu Christi* Phil. 2, 21. sed quam suave contra. *Ego non quero, quæ vestra sunt sed vos.* 2. Cor. 12, 14. Ac iterum: *Argentum vel aurum, vel vestem nullius concupivi,* Act. 28, 33. in quæ verba Calvinus: *Nemo, inquit, probus DEI minister, quin idem ( si scil. cum bona fama vel gloria Altissimi conferatur ) pecunia contemtor.* Vade, o Præco fidei, & fac similiter. Fratri defuncto, i. e. Christo, prolem genera, non tibi. De nimis Theologorum divitiis Conradus Graferus id quondam tulisse fertur judicii: *Eas bona ratione non posse acquiri, nec bona conscientia possideri.* Vid. Melch. Adam. in vit. Theol. p. 846. Et vero ita est. *Qui enim volunt ditescere, in-*

cidunt in tentationem & laqueum, & cupiditates multas, amentes & damnosas, quæ demergunt homines in exitium & interitum. 1. Tim. 6, 9. Non Pastores; sed Impostores & Depastores sunt, qui majori cura, pecuniarum, quam animarum thesauros custodiunt. Abnega itaque te ipsum, & sanctitatis tineam, h. e. habendi ac eminendi cupiditatem, ex animo expelle. Nummum petis, naufragium suscipis. Dic cum famulo Abrahamæ domum Rebeckæ ingresso: *Non comedam, donec loquar sermones meos.* Gen. 24. i. e. Nolo spectare, quæ mea sunt; nolo metere carnalia, nisi prius seminaverim spiritualia; Nolo prædicare, ut comedam; sed comedam, ut prædicare queam. Hæc recta Antistitum intentio!

Finite sic definitione, ad quæstionem: *Quomodo concio sit habenda?* nunc tandem devoluimur. Respondeo

I. *Lingua notâ.* Ovidium, in Ponto exulantem, ita conquestum accepimus:

*Barbarus hic ego sum, qui intelligor ulli.*

Parem quiritationem instituere opus habet, qui in cathedra pastorali, ignoto prædicat sermone. Is est, *ut tuba incertum edens sonum* 1. Cor. 14, 8. *tanquam loquens in aerem verſ. 9. cui Amen non dicat Idiota, v. 16.* Objicis: *Multa occurrunt v. g. Amen, Hosanna, Alleluja, Kyrieleyson &c. quæ aliis linguis non possunt exprimi.* Resp. Quidni? Addo, pauca sunt, & usu cuiusvis nationi fiunt familiaria. Noli itaque panem quoti-

quotidianum parvulis eripere; noli esse dulcissimè vanus, quod de Homero, Augustinus. Ego quinque verba noscibilia, quibus alii institui & ædificari possunt, loqui malo, in ecclesia, quàm mille, in lingua incognita.

2. *Cum timore ac tremore.* Non sisteris principi viro, quin venerabundo quodam metu, te affici sentis; quanto magis, ubi verendissimam DEI majestatem, tibi aliisque præsentem nosti? Seraphici spiritus faciem binis alis sibi tegunt, fulgorem præsentia divinae intueri parum sustinentes; & Tu, cinis & pulvis faciem gloriosissimam illius, qui horum spirituum DEUS est, audaci fronte & stupido quodam neglectu, adspicere haud dubitas? Crede, pavidi ac formidolosi concionatores, optimi sunt concionatores. *Ut ut jam senex, ita B. Lutherus de se ipso, & in concionando exercitatus sum, tamen timeo, quoties suggestum conscendo.* Colloq. Mens. cap. 21. fol. 282. Volupe est DEO, istum sibi ipsi relinquere, qui se ipsum sibi eligit Ducem. Illas malorum est sui præsumptio. Quocirca timorem adesse præstat, quàm tumorem; infiduciam sui (detur venia vocabulo) quam confidentiam sui. *Ad pauperculos & contritos spiritu, trementesque verba sua, DEVS se respicere testatur Esa. 66, 2. Time proin & cum gratia, & sine gratia Ex re Hugo de S. vict. Non confidat Predicator, de acumine ingenii, de subtilitate scrutinii, de sedulitate studii; sed magis confidat, de bonitate & de*

pietate oraculi, de humilitate cordis intimi. Cui paria  
 sistit Augustinus: *Nemo de suo corde presumat, quan-*  
*do suffert tentationem, quia ut ut bona prudenter loqua-*  
*mur, à DEO est, non à nostra sapientia; Et ut mala*  
*fortiter perferamus, ab illo est, non à nostra patientia.*  
 Serm. de p. vin.

3. *Intermixtis crebris suspiriis.* Mirum quantum  
 ad excitandos pios affectus hæ precatiunculæ valent  
 alatæ! Raptim, & quasi spicula mittuntur ad DEUM.  
 Dulciter ipsius feriunt cor, & inde benevolentiam e-  
 vocant. Familiare hoc exercitium fuit Origeni. In  
 medio enim orationis cursu sæpe in ardentia erupit vo-  
 ta: ut Homilia quinta, in Levit: *Atque utinam Et*  
*mea terra non efferat spinas Et tribulos;* Homilia deci-  
 ma octava, in Numeros: *Utinam ergo Et me capti-*  
*vum habeat semper Christus, Et me ducat, in prædam*  
*suam, Et ego tenear ejus vinculis alligatus, ut Et ego di-*  
*ci merear vinctus Jesu Christi.* Dignum quod imitere  
 exemplum! Dic itaque cum Hebræa illa Viragine:  
*Confirma me Domine DEVS, hac hora.* Judith. 13, 9.  
 Cum Davide: *Revela oculos Auditorum meorum, ut*  
*videant mirabilia de lege tua.* Ps. 119, 18; Cum discipu-  
 lis Christi: *Da servis tuis, ut cum omni libertate loquan-*  
*tur sermonem tuum* Act. 4, 24. Cum Ambrosio: *Sint*  
*verba, quæ dederis servo tuo, tanquam acutissima jacu-*  
*la, Et ardentes sagittæ, quæ penetrent Et incendiant men-*  
*tes Audientium, ad timorem Et amorem tuum.* Seu  
 hoc modo: *Mitte Pater cælestis, quem ab æterno ex te*  
 spira-

*spirasti, spiras, spirabis. Item: Dedisti aridum, da & irriguum. Item: Illabere nostris animis & unge eos tuis benedictionibus. Item: Suffoca spiritum paganitatis. Da infinita corda, quibus in infinitam aternitatem, infinities te amemus. &c. Sine his aspirationibus, piisque desideris concio est exanimis, languida, frigida; non tam nata, quàm facta; non tam viva, quam picta; aurium ludibrium, non animorum tormentum.*

4. *Cum fervore spiritus.* Multi haud sunt dissimiles isti Balduino, quem Pontifex Urbanus *ferventem Monachum, calidum Abbatem, tepidum Episcopum & frigidum*, in certa quadam Epistola nuncupat *Archiepiscopum*. Ast enim, quid furnus *frigidus, ad coquendos panes?* Mosis DEUS, in rubo ardente apparuit: Esaiæ linguam prunâ candente, per Seraphim tetigit; super Apostolos, in specie linguarum ignitarum descendit. Vin nosse causam? Ut tacite indicaret, verba flammantia, ad aures audientium, ex ore Ministrorum suorum debere procedere. *Vox clamans* erat Prætor Sospitatoris mellitissimi. *Vox*; nam licet & opera suam habeant facundiam, tacente lingua, at tamen & os ipsi erat aperiendum; sic etiam quibus in Ecclesiis Doctoris persona est imposita non mittuntur, ut taceant, sed ut loquantur. *Clamans*; quod adjectivum, zeli ardentioris est indicativum. Res Episcopis est, cum Hominibus (i.) qui in terra sunt peregrina, & affectu & effectu, à DEO nimis elongati. His acclamandum: *Revertere, revertere O sulamita,*  
revert-

*revertere, quo te spectemus. Cant. 6, 13. (2.)* Cum iis, qui malè audiunt. Nonnulli unicam duntaxat habent aurem, ut Malchus; Nonnulli *aures obdurant, ut surda aspides, ne Magi vocem percipiant, Ps. 58, 5.* Ea propter pleno clamandum guttore; & cum Jeremia dicendum: *O terra! terra! terra!* cap. 22, 19. (3.) Quia pro gloria DEI zelantur. Absit itaque avium instar pipire & rem subinnuere tantum & subindicare; sed cum vehementia, adversus populi peccata detonandum, uti fecerunt filii tonitruum, Jacobus & Johannes Marc. 3, 17. Sterilis es mulier, si hoc spiritus destituare fervore, simulachrum potius oratoris quam Orator. Frustra autem hunc spiritum concipere niteris, nisi cum Christo vitam geras, rebusque sanctis ac mysticis, totum te devoveas; Frustra, nisi subinde ad eum, *cujus oculi, tanquam flamma ignis, & cujus pedes similes sunt chalcobano, anheles votis:*

*Jesu benigne*

*Pelle algorem,*

*A cujus igne*

*Et da amorem;*

*Opto flagrare*

*Te deperibo,*

*Et Te amare*

*Et non peribo.*

*Cur non flagravi?*

*Ignibus gliscam,*

*Cur non amavi?*

*Ne persentiscam,*

*Te, Jesu Christe?*

*DEI amantis,*

*O frigus triste!*

*Rogos damnantis.*

5. *In simplici humilitate, & humili simplicitate. Optimi ad vulgus, hi sunt concionatores (sic Theander Lutherus) qui pueriliter, trivialiter, populariter, & simplicissime docent. Vid. Vit. Luth. in vit. Theologor. Melch.*

Melch. Adami p. 80. Quibus B. Großgebauers ef-  
 fatum minime contemnendum subnecto: Wie man  
 erbaulich predigen sol/ davon ist viel geschrieben. Ich achte/je  
 mehr die Kirchen-Diener sich befeißigen/ nach dem Munde  
 Christi/der Propheten und Apostel andächtig und einfältig zu  
 reden/ daß das die allerbesten seynd. Wächterst. pag. 207.  
 Parvulus, ut ut non voce, re tamen, lac tantum ex-  
 poscit. Utilia desiderat, non subtilia; apta, non al-  
 ta. Vitanda igitur, in umbone, sunt phalerata, calami-  
 strata, nimis concinnata, ambitiosiusve apparata,  
 Rhetorum pigmenta, ampullæ poeticæ, scholasti-  
 cæ subtilitates, & idgenus alia, quæ Spiritum forte  
 Ciceronis; sed non Davidis; acumen Scoti; sed non  
 Pauli sapiunt; Vitanda, inquam, hæc sunt, ne frustra  
 in aerem abeas. At enim, hoc punctum est illud  
 ipsum, de quo nunc pressius copiosiusque agere in-  
 stituam. Faxit Dominus feliciter!

## CAPUT PRIMUM.

*Vocem τῆ Simplex aliquantulum enucleatius tractans.*

UTILIS est critica vocabulorum observatio. Galenus  
 Uequidem: Cum cœpit ἐπιμέλεια τῶν ἰνομάτων, cœpit  
 ἀμέλεια τῶν πραγμάτων; sed istæc cum grano salis esse  
 accipienda, nemo diffitebitur, signanter Melanch-  
 thon: *Præstat sæpius Grammaticum esse, quam Cardi-  
 nalem.* Signanter Lutherus: *Vbi notitia quid nominis  
 non est; ibi notitia, quid rei non est:* Signanter Antiqui-  
 tas: *Nomina rerum sunt cubilia.* Signanter ὁ δεινα:

C

Gram-



*Grammatici pulveris sunt ista fateor; sed talis ignorantio spissos sæpe errores invehit in Theologiam. Quod itaque Paulus ad Timotheum: Nemo tuam juventutem despicat, 1 Ep. 4, 12; id ego ad Philologiam: Nemo tuas despicat παρωνυμίας, seu nominis genuini derivationes: Nemo tuas ὁμωνυμίας, seu nominis multiplices significationes; Nemo tuas συνωνυμίας, seu nominis, cum aliis, in significatione, communiones. Hæc thesis, nunc hypothesis. Simplex idem, ac sine plica, prout sincerum idem ac sine cera. Non itaque in varia abit id quod simplex, non ex multis mixtum est atque compositum: sed ex uno tantum constat genere, seu unius tantum & incompositæ est formæ. Plurifariam hæc notio accipitur: significat*

I. Rudem, illiteratum, ἀγράμματον, ac ἀναλφάβητον, qui nulla scientia, nullisque artibus bonis est imbutus ac quasi complicatus, einen schlechten simplen und einfältigen Menschen. Extitit talis, Antonio Dauroultio, fides si habenda, Paulus cognomento Simplex, qui tam crassâ laboravit ignorantia, ut etiam nesciverit: *Num Christus prius fuerit, an Prophetæ?* Vid. Flor. Exempl. part. IV. pag. 166. Ad quam caveam etiam Episcopum Dünckeldenum retuleris justissime, qui gratias DEO egisse fertur, quod novæ ac veteris legis fuerit ignarus. At enim non magis ad pulpitem evangelicum talis pertinet simplex, quam Subulcus ad regendam navim, aut Calcearius, ad dandum pharmacum.

cum. Omnis ignorantia mala; sacerdotis autem pessima. Unwissenheit in einem Lehrer / ita Dominus Watson, ist wie die Blindheit / in einem Augen-Arzt. Et alius: Die drey grossen Beruffe / Könige / Priester und Propheten wurden alle gesalbet / anzudeuten das überflüssige Maass der Gnaden / welche diese Beruffe erfordern. Idiotas equidem, nil nisi remulcare ( ut Sisennæ voce utar ) solvere & applicare naviculas callentes, Apostolos vocavit Dominus; sed aliud est vocatio, aliud missio; Vocati sunt rudes, sed non emissi sunt rudes; Reperti tales, non autem relictii tales. In scholam quippe ac contubernium Jesu admissi, virtute etiam ex alto, in die Pentecostes imbuti eximiis sapientiæ, eloquentiæ ac *παρρησίας* dotibus sunt ornati atque condecorati. Per-eleganter Witius: *Id quidem ex Evangelica historia est notissimum, Apostolos, cum primum à Christo vocarentur, cœlestis doctrinæ admodum fuisse rudes: imo postquam ad triennium disciplinâ Christi gavisi fuissent, non ita defricatos fuisse à rubigine errorum ac præjudiciorum, quin circa genium atque indolem regni DEI absurdas foverint opiniones. Quas vix, aut ne vix quidem, deposuerint, ante ipsius in cœlos adscensionem. Sed ad illud usque tempus discipulorum potius subsellia, quam Doctorum occupabant cathedras. Nisi quod tirocinium aliquod futuri Apostolatus eo tempore facere debuerint. Fuit enim illis peragranda Judæa, adventus regni cœlorum annunciandi causa: quam ad rem illis opus fuit & facultate aliqua patratorum miraculorum, & luce co-*

gnitionis, per quam aliorum discipulorum conditionem supergrederentur. Ad quam exigua illa fuerit præ ubertate donorum, qua in ipsos postea collata sunt, notum est ex evangelio. Post resurrectionem ex mortuis insufflavit in eos, JESUS & dixit: Accipite Spiritum Sanctum Joh. 20, 22. novam procul dubio gratiam, novamque lucis & notitia mensuram, impertiens. Sed & huic quoque celestium donorum accessioni aliquid defuit, quod sequentibus fuit temporibus suppletum. Verum postquam Die Pentecostes imbuti sunt virtute ex alto, & repleti cœlitus in ipsos descendente Spiritu, in alios repente mutati sunt homines; iisque instructi dotibus, quibus ad officii ipsis demandati, jam præstandi, functionem, prorsus redderentur idonei. Cœperunt loqui variis linguis, quas nunquam didicerant, prout Spiritus ille dabat eis effari. Act. 2, 4 iisque linguis omnibus prædicabant τὰ μεγάλα τῆς γῆς. Miscell. pag. 325. A caulis etiam, ad prophetandi munus, ascendit Amos; sed illicò in virum alium, ut Saul & Elisæus est conversus. Atque sic, fidenter dixero, stulte temereque faciunt ii, qui priusquam ad Gamalielis pedes sederint; priusquam teneram ac fruticantem lanuginem abjecerint; priusquam cum Johanne Evangelista librum devoraverint; priusquam spiritualis medicinæ, i. e. Legalium ac Evangelicorum signa notasque congnoverint, alios docere præsumunt; quorum audaculorum φουρία seu elationem ironica exprobratione Abbas Clarævallis, hunc in modum, ivit perstrictum. *Tanta sunt charitatis,*  
*ut*

ut ante effundi, quam infundi velint, loqui quam audire paratiores, & prompti docere, quod non didicerunt, & aliis præesse gestientes, qui se ipsos regere nesciunt. Serm. 18. in Cant. Celebratissimus Hieronymus pari voce. *Heri Catechumeni, hodie Episcopi: Heri Philosophi, hodie, cum vix, ex Aristotelis sinu prolapsi sunt, ad Episcopatus dignitatem evahuntur. Quum loqui nesciant, tacere non possunt. Docent scripturas, quas non intelligunt, prius imperitorum Magistri, quam Doctorum Discipuli.* Epist. 8. ad Demetriadem. *Icari Germanos sociosque Phaetontis dixeris meritissime. Ast enim recentibus, nec dum solidatis structuris, si pondus superponitur, numne tunc habitaculum, an vero ruina fabricatur? Pulli avium, si ante pennarum perfectionem volare appetant, unde ire in alta cupiunt, inde in ima merguntur.* Salubriter proinde Syracides: *Antequam loquaris, disce, Cap. 18, 19. Nec miles in veras prius descendere solet pugnas, quam domi certaminum simulachra instituerit, hostesque infensissimos sibi ex adverso confinxerit. Ci- ta nimis ablactatio & præpropere ad praxin festinatio plus obest, quam prodest. Eât itaque eat desultoria ista levitas, quâ volatica laborant ingenia, & nunquam redeat. Cœcum animal DEO offerre, nefas.*

Concinnè ò Jāra: *Wir sind in solche Zeiten gerathen / welche eine grosse Wissenschaft erfordern / und da unser Widerstand uns nicht feyern läßt. Gott braucht jehund keine Esels-Rinnbacken mehr / die Feinde zu überwinden.* Si igitur Videns

esse discipulis, curâ ut habeas oculos. Cœcum, alius  
 si duxerit cœcus, ambo in voveam cadent. Sim-  
 plex porro notat quoque

2. Hominem candidum & apertum, citra do-  
 lum ac stropham subdolam, animi sensa pandentem;  
 cujus emblemata, à Christo columba (animal illud  
 mite, non felle amarum, non moribus sævum, non  
 unguium laceratione violentum) est constituta.  
*Estote simplices*, ita ipse ad Discipulos, *sicut columba*,  
 Matth. 10, 16. h. e. ne sitis astuti, versipelles, vafri,  
 dolosi, fraudulentos; sed veraces, sinceri, fraudibus-  
 que adeo vacui, ut earum quoque sitis ignorantes.  
 Talis simplex quondam erat Hiob. Sic namque de  
 eo pagina sacratio: *Simplex erat & rectus*, Cap. 1, 1.  
 Simplex per innocentiam, rectus ad justitiam: Sim-  
 plex, quia nullum lædebat, rectus, quia se à nullo  
 corrumpi permittebat. Simplicitas enim sine recti-  
 tudine est stulta; & rectitudo, sine simplicitate est  
 dura atque austera. Paucis! In Hiobo, tanquam  
 in Lyra, omnium, in mente & voluntate actionum  
 religiosarum erat symphonia. Talis simplex etiam  
 David. Hujus symbolum erat: *Simplicitas & recti-  
 tudo custodiant me, Domine*, Ps. 25, 21. Quod Poeta  
 sic enunciat:

*Integritas rectumque tuum, me, CHRISTE gubernet!*

Talis simplex Nathanael, parvulus malitiâ, omnem-  
 que politicam agendi rationem detestans. *Ecce ve-  
 rus Israelita* (egregium certe encomium, ab eo da-  
 tum,

tum, qui fallere & falli est nescius) *in quo non est dolus*, (non candor fucatus, nec pictæ frontis inane retorium) Joh. I, 48. Talem Diaconum, à Dn. Freihubio, Ecclesiæ suæ quondam, id est, Anno 1567. die 16. Sept. mitti deposcebat Abraham Bucholtzerus, Theologus nulla ex re non maximus. *Quærimus*, scribit, *Diaconum, ad propagationem doctrinæ cælestis, in Ecclesia Patriæ tuæ, idoneum: eaque in re, ut studiose nos adjuves, per viscera verissimi tui erga nos amoris te oramus & obtestamur. Et sane testator est nobis benevolentia in nos tua, quam ut sollicitè rogandus sis: Illud saltem admonitum Te velim, non quemvis κήρυκα, sed congruentem, ad omnia Prædicamenta à nobis requiri.*

*Sit Substantia simplex non mixta, & pie subjecta Enti transcendentis: Quantitas discreta; discreta inquam: Qualitas litterata & bene morata: Passio voluntaria, sit ubique, semel & semper τετραγώνος, & Habitu voce, totaque vita doceat.*

*Non desinat in Ax, ut audax, pertinax, contumax, pugnax, & mordax. Sit pro tempore vocalis, consonans, liquida & muta. Sonet utilia, non subtilia. Catechetica catechetice, & necessaria modeste. Hostem non provocet, sed fugiendo feriat & frangat. Diligat Veritatem & Pacem, & ut addit Erasmus, Veritas displiceat seditiosa S. P. Q. R. Sit ei quiddam ἀνώμους & ut Dialectici loquuntur Individuum vagum. Paulina taceo: ἀνεγκλιτος, διδακλικός; Hæc enim tu, sine monitore.*

*Brevi-*

*Breviter: Mitte Nathanaelem Fridlibium Senftenbergensem, nepotem Modestini, qui rectius putet facere minus, quam nimis. Qui hostes amet, amicos ferat, & cum Paulo fiat omnia Judæis & Græcis, & sciat, quod Nequam sit generis omnis. Hac in re seria, Tibi intelligenti. Bene vale, & salve reverende Domine Doctor, ac mihi veniam da ἀνυπαλιξὸς tecum loquenti. Non enim semper ludunt, qui ludunt. Vid. Disp. VII. §. XVII. D. Jo. Christ. Becmann, in novo Acad. Disp. volumine. Opponitur huic simplici*

1.) *Speciose officiosus, qui vocabulis imaginaria servitutis (verba Ludov. Molinæ adduco) & imitationis amicitia te honorificè ludificat, pari verborum comitate obviam quemque amplectens: Excipit te manu & complexu, obsequia sua defert, paratus, quicquid jusseris exequi; sed modò nil certi jusseris aut rogaveris. Nam semper eludet te promissis largis & vagis, exceptione particularium se tuendo. Vid. ejus morum exempl. pag. 61.*

2.) *Pseudo-Politicus, fraudem, ex præscripto Machiavelli, omnibus, quicumque ex parvis initiis crescere, & ad magnum quoddam fastigium ascendere conantur, necessariam existimans. Uti vestitum; sic habet sententiam: Aliam domesticam, & aliam forensam; altero oculo cœlum, altero terram spectat; pallium omni vento obvertit, & omnem utriusque fortunæ auram captat, duabus sedet sellis, pila mobilior, cothurno versabilior, Chamæleonte muta.*

mutabilior, Protheo inconstantior. Conf. B. Laffenii Arcana Polit. Atheist. pag. 146. seqq.

3.) Pseudo-Theologus, cutem extimam non modò & oculos, aures, os, totumque denique corpus; sed & animum, in omnes formas vertens, primum simulandi, tum etiam nocendi artifex. In Ario, relationi, Socrati factæ, si quid credendum, talis serpentina, extitit calliditas. Etenim

*Astutam vapido servans sub pectore Vulpem,*  
determinationibus Nicenæ Synod. his subsignasse fertur verbis: *Sentio, sicut scripsi.* Intelligebat autem chartam hæreticam, sub ala occultatam. Vid. Socrat. Hist. Eccles. lib. I. cap. 38. En, tam subriles recessus, humana habet malitia! Sed, *va duplici corde, & labiis scelestis.* Syr. 2, 14. *Duplicabuntur ipsis duplicia, secundum opera ipsorum.* Apoc. 18, 6. Spectant huc suo modo, ab una Religione, more picarum, quibus planum vestigium natura interdixit, in aliam qui saltitant; A veritatis professione, ad Libertinismum; A Libertinismo ad Scepticismum; A Scepticismo, ad Atheismum, seu ad *Tobu Vabobu*, h. e. ad τὸ nihil credere tandem veniunt ac deveniunt. Fidem perinde habent ut vestem, quæ si detrita est, novam induunt; animum & sermones ibi inclinant, quo inclinare conspexerint fortunam. Aliqui verò, ne de Tribu reputentur Levi, semper in suspenso agunt, aliud ore promentes, & aliud corde prementes. Sed absit hæc inconstantia, absit hæc duplicitas, absit hæc

1100

D

simu-



simulatio, à qua vel ipsa abhorret natura. Nunquam pervenies ad metam, si geminâ graderis viâ. DEUS tantum unus est & simplicissimus. Finit Cicero: *Vera diligimus, fidelia, simplicia, constantia, dum vana, falsa, fallentia odimus.* Lib. 2. de Fin. Simplex notat etiam

3. Criticum, παρρησιαστικῶς, libero atque aperto ore, aliorum scripta castigantem. Quo sensu Erasmus Roterodamus, quem Bellarmius Semi-Christianum; Stapletonus verò murem appellat errantem, cujusque Epitaphium, Autore Steph. Paschasio, ita sonat:

*Hic jacet Erasmus, qui quondam erat bonus mus;*

*Rodere qui solitus, roditur à vermibus,*

simplicitatem sibi attribuit, quæ tamen haud minima, ex propria confessione, ipsi concitavit discrimina. *Cum simplicitatem meam nominas* (sic ad Baptistam Egnatium scribit) *vomicam tetigisti meam. Quicquid malorum, per omnem vitam accidit mihi, simplicitati meæ acceptum refero, quam hæcenus, ne tot quidem malis admonitus, possum dediscere.* Lib. 26. Ep. 3. Simplicitas hæc, quod obiter subnectere placet, non raro est duplicitas, quin & multiplicitas. Fixum quippe est illud Ambrosii: *Sæpe in judicando majus est peccatum judicii, quam peccati illius, de quo fuerat judicatum.* Tom. IV. Lib. 2. de apologia David. pag. 394. Lingua libera non semper est veridica. Taceo, παρρησιαστικῶς sæpiuscule abire in γλωσσαλγίαν, quo nihil turpius. Quapropter Syracides, ut ab hac carpendi licen-

cen-

centia, quemcunque retraheret fortius, in hæc descendit verba: *Non te extollas, in cogitatione animæ tuæ, velut taurus*, cap. 6, 2. Beatus Lutherus: *Laß dich nicht zuflug düncken / jederman zu tadeln*. Mamercus suo tempore talis fuit Criticus, de quo Martialis:

*Ut bene loquatur, sentiatque Mamercus*

*Efficere nullis, Aule, moribus possis.*

*Pietate fratres Curtios licet vincas,*

*Quiete Nervas; comitate Rufones,*

*Probitate Marcas, equitate Mauricos,*

*Oratione Regulos, jocis Paulos;*

*Rubiginosis cuncta dentibus rodit.*

Addit:

*Hominem malignum forsitan tu esse credes?*

*Ego miserum credo, cui placet nemo.*

Lib. 5. Epigr. 19. Coronidis loco unum adhuc *Σοφοιστοφίας* specimen, quod magno cuiquam viro, qui, jam abiit ad plures, excidit, opponam: *Multa passim, in textum Evangelicum (sic ipse ad Amicum scribit) ab ultima vetustate vitia admissa sunt, quæ nemo, præter me, indicabit*. Vid. Charact. Lud. Molinæi pag. 171. Simplex porro etiam notat

4. Hominem verborum præstigias, fraudesque circuitionesque sophisticas minus edoctum. Talis simplex erat Laicus iste Confessor, qui in Concilio Nicæno, cum superbo ac mercenario Arii Philosopho, acri ingenio & uberi armato eloquio, nuda fronte, apertoque pectore, in arenam descendebat,

D 2

cum-

eumque humili, suavi, pedestri; sed ad convincendum ac permovendum, longe efficaci oratione, eo adigebat, ut missis Disputationum Gryphis Christianismum, ambabus, ut dici solet, amplecteretur manibus. Interrogabat verbosum hunc & nugigerulum Sophistam Senex ἀπλῶς: *Num articulis fidei, quos recitando absolverat prius, calculum suum adderet?* Et ecce actutum, tanquam attonitus, & velut dicendi ac contradicendi imperitus, voce ad commiserationem inflexa: *Mihi istac ita se habere videntur; nec aliud quicquam verius esse credo, quam quod tu modo proposuisti.* Plus itaque intelligebat hic Vanus, quam audiebat (tanta in rerum pondere erat majestas) & prius captum, quam unde caperet, se animadvertibat. Incunctanter quoque & sine mora, ad istos, qui antea, in eadem secum fuerant hæresi, conversus: *Auscultate, inquit, o viri! Quamdiu verbis contendebamus, verba verbis opposui, & obiectamenta dicendi arte refelli; sed cum pro verbis, divina virtus, ex ore dicentis prodiret, non amplius verba virtuti resistere potuerunt.* Ruff. Lib. 10 c. 3. Socrat. Hist. Eccl. Lib. 1. cap. 8. Sozom. Lib. 1. cap. 18. Inter commentitia hæc refert celeberrimus Guil. Cave, in Hist. Script. Eccles. liter. *Futilis, inquit, est historia,* pag. 260. Nec desunt, fateor, quæ veritatem istius rei dubiam reddere possint atque suspectam, ut (1.) Eusebii silentium (2.) Sozomeni formula diminuens: *Ajunt, dicunt.* Peritè Gerh. Jo. Vossius: *Solenne Græculis*

culis est, ubi metuumt, ne manifeste tereantur, quibusque fidem nec ipsi habent, nec sperant apud alios, addere istud: λέγεται, φασί, vel si quid simile. Art. Hist. c. ix. Et Seneca: Quod Historici (scribit) faciunt & ipse faciunt. Illi, cum multa mentiti sunt, ad arbitrium suum, unam aliquam rem nolunt spondere; sed adjiciunt: Penes auctores fides erit. Lib. 4. natur. Quæst. cap. 3. pag. m. 732. (3.) Ruffini, quem primum omnium ejus fecisse mentionem statuunt, auctoritas, cuncta exceptione non major, & quæ fortean hujus generis sunt plura; Sed vero in hæc operosius inquirere, non est præsentis instituti: Simplex ulterius designat

5. Hominem naturali rationis defectu laborantem. Fatuitati cognata est hæc simplicitas. Carolum, Regem Gallix, hoc sensu, simplicem fuisse, tradunt Historiographi. Neque illepida dixeris, quæ Consiliarius & Professor Juris Württembergicus, Thomas Lansius, ex veteri quodam manuscripto codice, Monasterii Andegavensis de hoc Carolo, hunc in modum prosequitur: *Carolus stultus dedit Normanniam Rolloni cum filia Gista; hic non est dignatus pedem Caroli osculari: cumque comites illum admonerent, pedem Regis acceptione tanti beneficii oscularetur, lingua Anglicarespondet: Nese by God: quod interpretantur, non per DEVM; Rex verd & sui illum deridentes, & sermonem ejus corrupte referentes, illum vocaverunt BIGOD: inde Normanni adhuc vocantur BIGODI.* Vid. ejus Consult. de Princip. pag. 108. seq. Ad

hanc classsem pertinet quoque Henricus VI. Rex Angliæ, quem Julius II. Pontifex Rom. ob simplicitatem, in Divorum consortium adsciscere recusabat, ne honoris, tali admissione, vilesceret, si scil. discrimen inter innocentes (en modestum vocabulum turpisque faciei larvam venustam!) & sanctos non rite servaretur. Vid. Francisci Bar. de Verul. Hist. Regn. Regis Henrici VII. *Intelligebat quippe Pontifex Julius ea, ut erant magis, quam ut dicerentur*, prout de Tiberio loquitur Tacitus. Lib. 3. Annal. Absit autem hæc simplicitas, à Præsule Ecclesiastico longissime. *Fatuelum Christi* se dixit Franciscus Assisius, Cornel. a Lap. Comment. in Prov. cap. 8. pag 194. *Ast stultis, nec Achis ethnicus delectatur* I. Sam. 21, 14. *Non multum distat in vitio*, sunt verba Hieronymi, in Epist. ad Rusticum, *vel decipere, vel decipi posse*. Homines, equidem istos negare, non audeo Simplicis; Tantumdem enim esset, ac si negarem, solem obscuratum esse solem, aut lunam obscuratam esse lunam. Negato actu primo substantiali, negatur essentia rei naturalis, ne utiquam vero negato actu secundo. Quæstionem: *Num ad sacram cœnam sint admittendi?* tractarunt D. Balduin. lib. Cas. consc. cap. 9. cas. 2. D. Brochmann, in System. Theol. Tom. 2. c. 10. Cas. consc. p. m. 3068. D. Fridem. Bechman, in Theol. Conscient. de offic. minist. Eccles. circa Sacram. Cœn. Tit. 1. cas. 21. p. 217. Voetius in Disput. Sel. part. 2. p. 427. *Num ad matrimonium?* Respondet D. Jo. Christ. Becmann: *Præstare,*

stare, si admittantur, quam si libidine, utpote actu naturali urantur; in matrimonio enim natura ipsa aliquid cooperatur, & rudes quoque edocet. Lin. doctr. mor. Cap. VI. §. 2. conf. D. Fel. Bidenbach, in Tract. de causa matrim. quæst. sing. I. p. 76. Christ. Phil. Richter quæst. Miscell. 22. Ast enim quorsum provehor? Nihil diu varia & simplicis acceptio nos detinuit; Par itaque, ut quid per id nominis, in præsentem accipiendum, absque circuitu explanem. Simplex idem h. l. est, quod affectatis plerisque non constat, quod est sine moroso orationis cultu, sine arcessitis verborum lenociniis, sine phrasum comptarum & aliamodiarum apparatu, sine mixtura perplexarum ac intricatarum Quæstionum. Paucis, quod sine vano eruditionis est excessu; prout dicere solemus: *Hoc fit simpliciter, i. e. sine ritibus ac ceremoniis solennibus.* Ut proin, Orator Ecclesiasticus, quando sacra tradit dogmata, vocum modulos, lautitias, calamistros, festivitates, ἰσορῶς (ut Philostrati voce utar) novas identidem ac inauditas loquendi formulas, ut & curiosa ac infructuosa ζήτηματα, nullo non tempore, satagentius vitare atque cavere debeat.

## CAPUT SECUNDUM.

*Fundamenta, ob quæ simplicitati, in ambone, studendum, exhibens.*

### I. FUNDAMENTUM.

**P**Aulus non eloquenter, sed simpliciter prædicavit. *Non veni ad vos, ita ipse ad Corinthios, cum eminentia*

nentia facundia aut sapientia, annuncians vobis testimonium DEI. Non enim decreveram, quicquam scire, inter vos, nisi JESVM CHRISTVM, eumque crucifixum. Neque oratio mea & predicatio mea versata est, in persuasoriis humana sapientia verbis; sed in demonstratione spiritus, & potentia, 1. Cor. 2, 1. 2. 4. Duo hic exprimit vir ἀξιωματικός.

1.) Concionum suarum nucleum: Qui JESUS CHRISTUS. Jesus nomen; Christus cognomen; Jesus nomen proprium, Christus nomen appellativum; Jesus nomen naturæ, Christus nomen personæ. Objicis: Et alius in V. T. legitur impositum, quomodo igitur proprium dici meretur? Resp. (1.) Typi fuerunt. (2.) Ratione particularis & temporalis salutis hoc fuit factum. Christus autem est universalis & spiritualis Salvator. Populum suum (sic Gabriel) salvabit, ab omni peccato, Matth. 1. Salvat privative, salvat positive; salvat auferendo malum, salvat conferendo bonum. Hic inchoate; ibi consummate. Aversor est larvæ Sathanicæ; Restaurator imaginis divinæ; Aversor iræ, Restaurator gratiæ; Aversor exilii, Restaurator Paradisi; Aversor tormentorum infernorum, Restaurator gaudiorum cœlestium. Scio, à JESU, certum, in Papatu, sodalitiis, appellitare se Jesuiticum; Ast quod Hieronymus quondam Onaso, istud ego huic Loyolæ propagini: An ideo tibi bellus (bella) videris, quia fausto vocaris nomine? quasi non & lucus ideo dicatur, quod minime luceat, & Par-

¶ *Parca*, quod nequaquam parcant, ¶ *Eumenides*  
*furia*, quod non sint benigna; ¶ vulgo *Æthiopes* vo-  
 centur *argentei*. Epist. 100. J. H. S. quibus litteris se  
 signant Jesuitæ, sic interpretantur multi: *Inquisitio-*  
*nis Hispanica Socii*. Retro: *Sophista, Hostes Jesu*. Seu:  
*Sie Hassen Jesum*. Quæris: *Fasne ad nomen Jesu as-*  
*surgere, caput nudare* ¶ *genua flectere*? Resp. Quidni?  
 At istud, non ad syllabicam compositionem; sed ad  
 salvificam expositionem. Non apicibus ac literis,  
 (amens enim esset superstitio, veterisque ignara Je-  
 hovæ) sed ei, quem ostendunt, talis defertur honos.  
 Ast satis de tanto nomine, aut si mavis, de tanto  
 Numine! Obmutescat lingua, & loquatur Cor.  
 Nunc ad appellativum, quod est Christus. Sonat  
 hoc: *Unctum*. Unctum Domini, & unctum Domi-  
 num. Unctum, non solum pro Consortibus, sed un-  
 ctum etiam præ consortibus; Cum abundantia, &  
 cum redundantia. Cum abundantia, propter bene-  
 ficium. In Aaronis caput effundebatur quondam  
 unguentum; quod in barbam primum defluebat,  
 & postea in oram vestimenti. Christo primum un-  
 ctio contigit. A Christo autem, tanquam à capite  
 defluxit in barbam, h. e. in Apostolos: Deinde in  
 vestem, h. e. in cæteros Ecclesiæ fideles. Ad quid  
 autem fuit unctus Sospitator noster mellitissimus? Ut  
 esset Propheta, atque sic David ipsius fuit typus; Ut  
 esset Sacerdos, atque sic Melchisedech ipsius fuit ty-  
 pus: Ut esset Rex, atque sic Salomo ipsius fuit typus.

¶ *tingi*

E

Nul-



Nullus hominum hoc triplex officium simul sustinuit in mundo. Salomo erat quidem Rex; sed non Sacerdos; Melchisedech Rex & Sacerdos, sed non Propheta; Ast Christus & Propheta est, & Sacerdos est, & Rex est: Omnia tria cumulative & conjunctive. Propheta, nam docet nos; Sacerdos, nam salvat nos; Rex, nam regit atque defendit nos. Impendiò quod tribus hic subnectam, cavendum, ne hunc Christum unquam accipiamus, partitive. Ut Prophetam accipit eum Diabolus, nam agnoscit ipsius veritates; ut Sacerdotem accipit eum Hypocrita, nam ipsius meritis salvari præsumit; sed ut Prophetam, ut Sacerdotem, & ut Regem accipit eum verus Christianus; nam non solum ipsius Doctrinæ assurgit; non solum per ipsius merita salutem expectat: sed etiam ipsius dictis atque mandatis est obediens. Hunc Christum, magnus Plato nescivit, eloquens Demosthenes ignoravit. Et quot hodie intra Ecclesiæ deprehendas cubilia, ad quos idem quod olim Johannes, ad Judæos: *In medio vestrum stat, quem vos nescitis.* Joh. I, 26. Sed Christum qui ignorat, quid is intelligit? Esto, sis doctrinarum medulla; Esto, sis inter summos litteratorum summus; Esto, sis princeps, ut sic loquar, mobile, quod suo impetu minores circumagat globos, si Christum nescis, nihil scis. Vere Hebræorum Satrapis objiciebat quondam Caiphas: *Vos nihil scitis,* Joh. II, 49. Nihil enim utique noverant, quia JESUM veritatem  
ignora-

ignorabant. Significanter Augustinus: *O infelix homo, qui scit cætera omnia, Te autem (JESU CHRISTE) nescit; Beatus autem, qui Te scit, etiamsi illa omnia nesciat: Qui vero Te & illa novit, non propter illa beator; sed propter Te solum beatissimus.* Lib. 5. Conf. cap. 4. *Ars artium, & scientia scientiarum est Christi crucifixi notitia. In hac omnis est salus Joh. 17, 3. extra hanc nulla salus Act. 4, 10. II. Thomas Aquinas Spiritum S. dixit Cor Ecclesie: Quomodo tu Christum? Ut Apostolus: Caput Ecclesie Eph. 1, 22. Chrysostomus Spiritum S. vocavit, πλήρωμα εὐαγγελίῃς; Quomodo tu Christum? Ut Apostolus: τέλον seu πλήρωμα νόμου Rom. 10, 14. Scopum omnium Prophetarum Luc. 1, 70. Paucis! *Christus crucifixus est omnia, in omnibus.* Col. 3, 11. Ea quoque de causa, Paulus, vir propiore Numine tactus, nec sibi nec aliis quicquam duxit necessarium, quam scire JESUM CHRISTUM, eumque crucifixum. Sacrilege igitur faciunt omnes, quorum homiliarum fundus non est Christus crucifixus. Es sind etliche Prediger / ita graviter B. Lutherus, die meinen / sie mögen nicht Prediger seyn / wo sie nicht etwas mehr denn Christum / und über unsere Predigt lehren; Das sind die ehrgeizigen Sonderlinge / die unsere Einfältigkeit lassen / und fahren daher in sonderlicher Weisheit / daß man sie mit Augen werffen solte / und sagen: Das ist ein Prediger! Solche solte man nach Athen senden / da man alle Tage neue Dinge hören wolte / Act. 17, 21. Sie suchen ihre Ehre und nicht Christi / darum wird ihr Ende auch mit Schande ausgehen / Phil. 3, 19. Hütet euch für denselben / und bleibet bey Paulo / der nichts wissen*



wissen wolte / denn IESUM den Gekreuzigten. In der Epist. und Unterricht von den Heiligen / an die Kirche zu Erfurth / Tom. 2. Altenburg. p. 161. Ab aliquibus, quod miraberis, observatum est, Lipsium, eruditionis apicem, in vastissimis suis scriptis, ne semel quidem Christi, Salvatoris nostri gloriosissimi, fecisse mentionem. Eapropter Autor carminis, qui hujus Critici vitam descripsit, sic eundem introducit loquentem:

*Nil mihi cum Christo, cujus vel ponere nomen*

*Horruï, ut ex libris, certior esse potes.*

Vid. Nathal. Chytræi Delin. itin. p. 654. Econtra vero piis ac fidelibus, nihil amicius, nihilque dulcius existit, quam nomen JESUS, aut nomen CHRISTUS. Si scribas, ita Bernhardus, non sapit mihi, nisi legero ibi Iesum. Si disputes aut conferas, non sapit mihi, nisi sonuerit ibi Iesus; Iesus mel in ore, in aure melos, in corde jubilus. Super Cant. Serm. 15. Paginae, quarum titulus: *Corona sacratissimorum Iesu Christi vulnerum, XXXV Considerationibus, ex S. Scriptura, sanct. Patribus, & historia Ecclesiastica potissimum desumptis, & per Guilielmum de Wael à Vronesteyn, Societ. Ies. sacerdotem, illustratis, prolixiuscule enarrant poenam, quæ Oratori Ecclesiastico, eam ob causam, quod Christum crucifixum, in suis homiliis non annunciaffet, fuit irrogata. Concionator (en verba Autoris!) erat, non ante multos annos, in Hispania, non minus vanus, quam doctus, qui prurientes aures, persuasibilibus humane sapientia verbis, non esurientes ani-*  
*mas,*

mas, haustus à Spiritu S. rationibus pasceret, plausum magis, quàm fructum Auditorum captans. Monetur itaque, à Concionatore Societatis nostra, qui illi pridem amicus erat, ut Christum, & hunc crucifixum, cum Apostolo predicaret, & non gloriam suam, ac DEO in concionibus suis animas quæreret. Credidit homo, ab emulatione hanc proficisci monitionem; quod Noster, non aequè atque ipse, tanto populi confluxu diceret. Est enim is ingeniorum, ac hominum similibus sensus, qui pares sibi nullos esse volunt, atque ita sibi sapiunt, ut aliorum de se recta, & sana iudicia non ferant. Sed à DEO mox aliter edoctus fuit, cum inopinato gravique morbo correptus, intra dies paucos vivere desuit. Quod ubi intellexit Concionator noster, DEO amicum defunctum, pro quo meritò sollicitus erat, impensis precibus, multisque lachrymis commendavit; qui tandem tertium post diem apparuit supplicanti, coram Christi in cruce pendentis effigie, è cuius latere fluvius igneus egrediens, miserum hominem obruebat, & circumquaq; comburebat, in cælum brachia jactantem, vultum manu utraq; tegentem, voceq; lachrymabili clamantem: Operuit confusio faciem meam, Pl. 68, 8. pro inani illa gloria, quam toties vanis suis concionibus captaverat. Ad quem de cruce Salvator: Nonne silui? nonne tacui? nonne dissimulaui? Job 3, 26. quasi diceret; Vane, & sine fructu concionatus es, adulterans verbum meum, adornans tuum; siluine, aut tacui, ad hanc tuam vanitatem? an eam dissimulaui? Nonne te per amicum tuum, seruum meum monui? Tu

vero monentem contempsisti, & projecisti omnes sermones meos: nunc autem sicut parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul. II. 42, 14. Pag. 242 seqq. Ast enim verò plæclare Syracides: Man darff keiner Eugendarzu (textum ex versione Lutheri adscribam) daß man das Gebot halte / und man hat genug am Wort Gottes / wenn man recht lehren wil. Cap. 34, 8. Ejusdem hoc, quod fusius enarratum, est commatis, cujus illud de stigmatibus Francisci; de translatione Ædiculæ B. Virginis; de Epistola Hierosolymis, ad altare Simeonis delapsa &c. Dicant hæcce, qui volunt,

*At non ego credulus illis.*

Vel ipse Canariensis Episcopus Melchior Canus fabulas Papatus, suo tempore, agnovit. Dolenter hoc dico potius (scribit) quam contumeliose, multo à Laertio severius vitas Philosophorum scriptas, quam à Christianis vitas sanctorum, longeque incorruptius & integrius Suetonium res Caesarum exposuisse, quam exposuerint Catholici, non res dico Imperatorum, sed Martyrum, Virginum confessorum: Uti enim in probis, aut Philosophis, aut Principibus, nec vitia, nec suspensiones vitiorum tacent: in improbis etiam colores virtutum produnt. Nostri autem plerique vel affectibus inserviunt, vel de industria quoque ita multa confingunt, ut eorum me nimirum non solum pudeat, sed etiam tædeat. Vid. Loc. Theol. fol. 534. Christus crucifixus utique & auribus & pectoribus profunde est inserendus. Nam quid ejus notitiâ sanctius? quid ejus notitiâ fructuosius?

fius? Quapropter Paulus & de se & de aliis: *Ex DEO*, inquit, *coram DEO*, *de DEO loquimur* 2. Cor. 2, 27. *Ex DEO*, quia quod proponit Homileta, à DEO accipere debet. Elias præparabat ligna ad sacrificium; sed ignem coelitus descendentem expectare cogebatur: Cathedram in coelo habet, qui intus in corde docet. *Coram DEO*, in divina præsentia, sacra tradit mysteria; *De DEO*, h. e. *de Christo*; Hic materia & omnium concionum summa. De B. Virgine Maria, Christophorus de Vega: *Maria est objectum, in quod omnis scriptura collimat.* Vid. ejus Theol. Marian. De Maria hoc fallit: sed de Christo, Mariæ filio procedit. Unam vocem habent duo Testamenta. Heri & hodie est Christus; velatus in V. Testamento; revelatus in novo. Principium Geneseos, & Apocalypseos Amen. Tribus: Verbum Domini nil aliud continet nisi verbum Dominum. Lutherus pari ac consona voce: Die ganze Schrift ist eitel Christus / Gottes und Marien Sohn. Quodsi itaque Christus centrum ac epitome totius Scripturæ, quidni & concionis? Paulus fisti etiam

2. *Concionum suarum methodum.* Duo in proponenda veritate evangelica, nunquam non studiosius vitasse asserit: *Eminentiam facundia*, & *eminentiam sapientia.* Atque hoc est *aurum & argentum* istud, quod ex Salvatoris interdictione, possidere non debent legati, Israelitis, tanquam ovibus pascuis, regni uranii propinquitatem annunciantes Matth. 10, 9.

*Aurum*



*Aurum* (ita Antoninus & Beda moraliter hæcce interpretantur) *mundana est sapientia; Argentum vero vana eloquentia.* Vid. D. Seb. Barradii Comment. in Concord. 4. Evang. p. 655. Tom. 2. Sollicitiori operâ cavet Tarsensis vates.

a.) *Eminentiam facundia.* Non veni ad vos, inquit, καὶ ὑπεροχὴν τῆς λέξεως, cum eminentia sermonis, ubi statim quæstio: *Quid sit eminentia sermonis?* Resp. Facundia, illa & elegantia dicendi, quam homines politici sequuntur, quam in aulis principum, in curiis, in Scholis, in ludis comicis solent usurpare; Spumeus verborum ambitus, fucus nundinalis eloquentiæ, inflatis sermonibus perornatus, troporum nitor, pictum & expolitum orationis genus, in quo omnes, ut Cicero de Orat. perf. loqui amat, *verborum & omnium sententiarum illigantur lepores*; tinnientes figuræ, ad aurium delicias effictæ, suavitati magis ac delectationi; quam fidei aut animorum inflammationi inservientes. Mens Apostoli, si copiosius explicanda huc abit: Arguta, florida, superba, splendida, pulmonea, tumentia, ambitiosa ac speciosa vocabula neque excogitavi ipse, neque a terræ filiis, vanitatumque discipulis emendicavi: Troporum identidem stellularum, comptas phrasas, teretes periodos, clausularum rythmos, & hujus venæ pluscula, æmulanter non affectavi; sed potius, omni elucubrata declamationis concinnitudine spretâ proculque amandâ, humili, triviali ac pedestri usus sum dialecto.

Qua-

Quapropter etiam *sermone se rudem* appellat 2. Cor. II, 6. in respectu scilicet & comparatione, ad eos, qui doctè lascivire, stylumque ad lucernam exstillatam adhibere consueverant, qui florum adulteria, & gigantæas sectabantur hyperbolas, pulchrumque judicabant, *doctas*, ut istud Persianum huc applicem, *posuisse figuras*. Satyr. I, 87; qui periodos non tantum; sed & singula vexabant verba, rixantesque syllabas conglutinabant anxius, ut adeo eorum orationes & tractatus nil aliud essent, quàm gemmans pavonis cauda, quæ ad corruscantes Solis radios expansa, motu non minus, quàm colore est varia, semper alia, etsi semper ipsa, quando alia; toties mutanda, quoties movenda. Vid. Tertull. de pall. c. 13. Horum *συγκρίσει*, inquam, Paulus, *idiotam sermone se* fatetur. Ich befließige mich nicht (ita hisce verbis mentem ipsius expressit M. Ruppert. Erytrophilus) hoher / schwülstiger / vier- eckter / breiter / Cantzleyscher / Juristischer Worte; sondern bin albern in der Rede; Ich gebe nicht grosse Kunst für / ich wolte es auch wohl thun; Ich rede aber schlecht und einfältig / eigentlich und nach dem Buchstaben. Vid. Auslegung der 2. Epist. an die Corinth. pag. 390. &c. Hieronymus existimat, Paulum non serio id affirmasse. *Quid ais, quærit, Apostole? Non tibi credo dicenti: Etsi imperitus sermone, non tamen scientiâ. Quomodo illud de humilitate descendit: Quia non sum dignus vocari Apostolus, & mihi minimo omnium Apostolorum, & tanquam abortivo; sic & hoc humilitatis dictum puto. Nosti sermonum proprietates. Quamobrem & de Epiménide, & de Menandro,*

F

nandro,



nandro, & de Arato quadam sumis testimonia. Lib. I. advers. Jovinianum. At enim verò Gentium Doctorem serio id dixisse, non est quod dubites. A Pseudo-Apostolorum ventosa ac insidiosa loquacitate aberat longissime, & facile superari se patiebatur, orationis mellitæ ac theatralis artificio; E diverso autem solidam, masculam, virilem, potentem efficacem, flammeam atque cordatam amplectebatur eloquentiam. Ardet in suis epistolis, quin & fulgurat & tonat: Imma cordis petit, in intimas penetrat medullas, hominem extra hominem rapit, ut novum induat, veteri exuto. Verba quidem ipsa, quæ adhibet, simplicia sunt & aperta; ast igneos secum habent aculeos, & vim spirant, plus quam humanam. Non movent, non persuadent; sed cogunt, agitant, vim inferunt, & animos, mirabili potestate transformant. Hac propter Hieronymus adversus Jovin. Paulum, ait, Apostolum proferam, quem quotiescunque lego, videor, mihi, non verba audire; sed tonitrua. Quod de Tertulliano, Vincentius Lyrinensis, apud Magdeburg. Cent. 3. Col. 241: Cujus quot pene verba, tot sententia sunt; quot sensus, tot victoria; id multo justius de Paulo. Unde autem, quæris, isti viro Dominico hæc linguæ opulenta victrix? Per afflatum, à Spiritu S. edoctus est eandem. *Quæ loquimur* (en confessionem!) *non sermonibus ἀνθρώπων σοφίας, humanae sapientia, h. e. quos docet humana sapientia* (Genitivus causam efficientem, hoc loco, designat, ut in isto: Omnes erunt

διδασκτοί

διδάσκει τῶ θεῷ, *docti DEI*, i. e. à DEO, Joh. 6, 45.) *sed quos docet Spiritus S.* I. Cor. 1, 13. Sermones, quos docet sapientia humana, nil aliud sunt, quàm sermones excelsi, elati, ad normam Rhetorum compositi, culto, phalerato, nectareo, ostentoso, ac ambitioso verborum apparatu superbientes: Sermones autem, quos docet Spiritus, seu is, qui non vivendi tantum, sed & loquenti Magister est, sunt sermones, à meretricio fuce, affectatisque svadelis remoti prorsus ac alieni. Ostendi, quomodo Paulus, magnus regni Christi assertor, eminentiam devitaverit facundiae; nunc ostendendum quoque, quomodo devitaverit

β.) *Eminentiam Sapientiae.* *Non veni ad vos, κατ' ὑπεροχὴν τῆς σοφίας*, ait ipse. Per sapientiam, sapientiam seculi, seu eruditionem intelligit Philosophicam. Hæc intra limites suas, quando se continet, nec ulterius evagatur, Christi Evangelio non officit. Veritates naturaliter notas non fallit fides; sed extollit, mentem non excoecat, sed illuminat: Quemadmodum enim DEUS DEO; ita veritas veritati non adversatur. Quid obfuit, dic sodes, Erasto, Quæstura? Rom. 16, 23. Et quid Mose, Salomoni & Danieli sapientia philosophica? De Mose, quem Theodoretus Oceanum Theologiæ vocat, Lucas sequentem in modum: *Institutus est Moses, in omni sapientia Ægyptiorum, eratque potens dictis & factis.* Act. 7, 22. De Salomone Sophorum Principe, Principumque pubescentium exemplari, ita I. Reg. 4. *Sapientia Salomonis*



*superavit sapientiam omnium Orientalium, & omnem sapientiam Ægypti. Omnibus sapientior fuit, etiam Ethane Ezrachta, Heman, Chalchole & Darda, filii Macholis, fama que ejus per omnes gentes finitimas sparsa fuit: Protulit tria millia sententiarum (Ex Proverbiis, in quibus reliquæ ejusmodi dictorum comprehenduntur, non obscure apparet, quid per istas intelligentum sit sententias:)* Egit & de arboribus, à Cedro, que nascitur in Libano, ad Hyssopum, que prodit è maro; de quadrupedibus; de avibus; de reptilibus; deque piscibus. Non equidem, quod obiter subnecto, de Salomone hîc commemoratur, eum de metallicis, aut mathematicis disputasse rebus; aut de Grammatica, Rhetorica, Dialectica &c. Ast enim, non existimandum, ac si harum ignarus fuerit ac imperitus. Cor enim ipsius fuit sicut arena maris. Concionatus est & disputavit, quod recte non fecisset, nisi Rhetoricam & Dialecticam quoquo modo calluisset. Non igitur omnes Salomonis Scientiæ, hoc loco, exprimuntur; sed major tantummodo earum pars. Confer hîc omnino Doctissimi Joh. Braunii exercit. I. de Sapientia Vet. Hebræor. §. 18. De Daniele, ut & ipsius Sociis manifestum, quod DEUS *intelligentiam in omnibus literis & sapientiam* (Chaldæorum scil.) iis benigne fuerit largitus. Dan. I, 17. Præclare Hieron. de hac Danielis & sociorum eruditione: *Daniel, qui de mensa Regis & de vino potus ejus non vult comedere, ne polluatur, utique, si sciret ipsam sapientiam*

tiam & doctrinam Babyloniorum esse peccatum, nunquam acquiesceret discere quod non licebat. Discunt autem, non ut sequantur, sed ut judicent atque convincant. Et quid? nonne Apollos eo laudatur, quod ἀνὴρ λόγιος fuerat? Act. 18, 24. Lutherus: Ein beredter Mann. Alii, ein eruditer / gelehrter und kluger Mann. Vid. Joh. Wincklers / Past. in St. Michaelis in Hamburg Rede vor das N. Testament unsers HERRN JESU CHRISTI Griechisch und Teutsch heraus gegeben. Ut adeo modo dictus Apollos Dialectico, Mathematico & Oratorio instructus fuerit ingenio. Non itaque Apostolus Philosophiam, in se spectatam contemnit ac repudiat. Exquisite Lactantius: *Philosophia non nocet, imo prodest plurimum, si religione imbutus est animus.* Lib V. cap. I. Pariformiter Clem. Alexandr: *Etsi ipsa sibi sufficit, nec opis aliena eget doctrina Servatoris, cum sit potentia & sapientia ipsius DEI, tamen Græcæ Philosophia si accessit, non quidem validiorem facit veritatem; sophisticos tamen insultus, ab ea amolitur, & insidias omnes avertens sepes & lorica est Dominicæ vineæ.* Lib. I. Strom. Egregia quoque sunt, quæ Jesuita Daniel Bartoli, hanc in rem sistit: *Linea quidem seu radii, quos centrales vocant, oculi utriusque, juncti uno in unam conferunt, ut gemini licet oculi, minime tamen gemina judicent singula, quæ sub aspectum cadunt; perinde ac si unus duntaxat videret oculus: sed unus ille vel potius instar unius videns geminus oculus, multo res accuratius perspicit, & distantium rerum spatia metitur*



omnino certius. *Ad cognoscendum Deum cum fide accedat sententia; ex utroque quis neget validiorem effici oculum, planeque lynceum? Non nocent igitur literæ sanctitati; sed magno utrinque compendio sociam illi commodant operam, vel præstant famularem.* Vid. Ejus Charact. homin. literat. à P. Lud. Janino, ex ead. Soc. latine redditus, pag. 69. seq. Addo: Nec Scriptura sacratio tollit ratiocinia; quin & eodem utitur ordine, quem nos pro perficienda nostra ratione, adhibere solemus. Utitur *definitione.* Ἀμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία Peccatum est illegalitas I. Joh. 3, 4. *Divisione;* Semen aliud cecidit in viam, aliud in petram; aliud inter spinas; aliud in terram bonam Matth. 13, 4; *Inductione;* Abel, Enoch, Noa, Abraham &c. per fidem placuerunt DEO, Hebr. II. Ergo fieri non potest, ut quisquam placeat DEO, fide destitutus. *Dilemmate,* seu *argumentatione cornuta ac Crocodilina.* Aut bene, aut male locutus sum? si bene, cur vapulo? si male, cur prius vapulo, quam id ipsum mihi fuerit demonstratum? *Sorite,* seu *Syllogismo acervali,* ut Cicero Lib. 2. de Nat. Deor. eum vocat. Quos præscivit, hos prædestinavit. Quos prædestinavit, hos glorificavit: Ergo, quos præscivit, hos glorificavit. Rom. 8, 30. *Enthymemate;* Empti estis pretio, Er. glorificate DEUM, in corpore vestro I. Cor. 6, 20. En Logicam sacram & christianam! Quomodo itaque Philosophia, in se, repelleretur, atque amandaretur? Gregorius M. Episcopum quendam reprehendit, non quod

quod Grammaticam didicisset, sed quia vice Evangelii, populo eandem proponebat. Non σοφίαν seu sapientiae simplicitatem; sed ὑπεροχὴν τῆς σοφίας, præcellentiam sapientiae taxat vocatus de cælo Apostolus. Præcellentia autem sapientiae ipsissima est πειθαναλογία seu *probabilitas sermonis* Col. 2, 4. & κενὴ ἀπάτη, seu *inanis deceptio*, quam omni industria, ne nos deprædetur, cavere debemus. Aderant inter Corinthios, qui nil nisi Platonem ructabant & Aristotelem. Ut enim Judæi signum; ita Græci sapientiam quærebant; Alteram aurem Christo, alteram vero Platoni præbebant ac Aristoteli, æquâ lance, iisdemque ponderibus, dictata fidei ac rationis librantes. Ast quid Apostolus Paulus? Tantum absfuit, ut Auditores suos, vel rinnulo strepitu, vel subtilibus ac ingeniosis delinire voluerit argumentationibus, ut potius eorundem corda, fortiter constringere & ad fidem, in sacratissima Christi merita, perducere allaboraverit. Tonante cælo ranæ filescunt; ita Pauli quoque Sapientia mundana, postquam Christo, in via Damascena dixerat sacramentum, fiebat elinguis. Nec verborum lenocinia, nec rationum argutias postea sectatus; sed ab utroque abstinuit, magna cum cura ac diligentia. Idem omnibus, qui & DEO & Ecclesiae ministerio sunt sacrati, in pulpito evangelico, etiam atque etiam observandum. Aptissime in rem B. Henr. Müllerus: *Es stehet wohl / wenn die Diener Christi / den Einfältigen einfältig werden / und mit ihren Zuhörern menschlich reden / um*  
der

der Schwachheit willen ihres Verstandes. Hätte doch Christus / der die Weisheit selbst ist / von himmlischen Dingen wohl auf himmlische Weise reden / und von hohen Sachen hohe Worte führen können / aber er richtet sich nach der Einfalt seiner Zuhörer / und wolte lieber nicht / als nicht ins Herze predigen. Paulus war auch ein hochgelahrter Doctor, doch kam er nicht mit hohen Worten / oder hoher Weisheit / zu verkündigen die Göttliche Predigt; sondern mit Schwachheit / und sein Wort und seine Predigt war nicht in klugen Reden menschlicher Weisheit; sondern auf Gottes Krafft; Milch gab er zu trincken seinen Zuhörern / und nicht Speise / weil sie dieselbe noch nicht vertragen konten. Heute trabet man mit hohen Worten herein / schmücket die Rede / mit vielen Poëtischen Blümlein / und führet so kunstreiche Discurse / daß kaum der tausende Mensch begreifen kan; das füllet zwar die Ohren / aber nicht das Herze. Die Einfalt / und in der Einfalt die Krafft des Geistes ist der stylus Christi / weitdringender / als der stylus Ciceronis, Demosthenis, und aller Redner. Was für der Welt hoch seyn wil / das ist für Gott ein Greuel: Ein Greuel / wenn du Hoffart treibest mit Speisen / Kleidern / Bauen / darüber seuffzet die Creatur. Viel ein grösser Greuel / wenn Gottes Wort dir zu deinem Hochmuth dienen soll / darüber seuffzen die Engel im Himmel. Nicht darzu ist dir das Amt des Geistes aufgetragen / daß du darinne deine Ehre / sondern daß du GOTTES Ehre / und der Menschen Seligkeit suchen solt; Hochmuth schändet Gott / und verstöret die Seligkeit der Menschen. Jemehr Einfalt bey dem Lehrer / jemehr Erbauung bey dem Zuhörer. Vid. Evangel. Schluß-Kette P. I. p. 299.

## 2. FUNDAMENTUM.

Et Christus, in diebus carnis suæ, populariter ac trivialiter iussa patris memoravit. Ut sapientissimus,



ut efficacissimus, ut opportunissimus, ut suavissimus; ita quoque clarissimus ac simplicissimus fuit Concionator.

1. Sapientissimus. Nam *Spiritum S. sine mensura, acceperat. Joh. 3, 34. Omnes thesauri sapientie ac scientie, in ipso sunt absconditi, Col. 2, 3.* In Salomone magna fuit sapientia; sed heic plus, quam Salomon. Nos Auditorum nostrorum facies non novimus; Ipse vero Auditorum suorum corda intelligebat. Quod de B. Luthe-ro dici assolet: *Ita eundem locutum, ac si, in ipso fuisset homine*; istud multo justius de CHRISTO affirmandum. Oceanus est omnium Prophetarum; nec lumen ipsi, per modum transeuntis corruscationis; sed per modum permanentis habitus compete-bat. Non *παροίξει*; sed *κατοίξει*.

2. Efficacissimus. *Nunquam sic fuit locutus homo. Joh. 7, 46. Posuerat Pater os ejus, tanquam gladium acutum. Es. 49, 2.* Alii Doctores à nobis exigunt vir-tutes; sed ipse in nobis producit virtutes; Alii tan-gunt aurem; sed ipse mentem. *Labia habet gratiâ perfusâ. Ps. 45, 3.* Idcirco gratiam quoque effunde-re poterat, in corda eorum, ad quos sermocinabatur. Paucis! *Verba ipsius erant stimuli & quasi clavi defixi. Eccl. 12, 11; Ἀπόδειξις πνεύματος καὶ συνέμεως; aperiebat intel-lectum discipulorum, ut intelligerent scripturas. Luc. 24.*

3. Opportunissimus. Et quid proferendum, & quando proferendum, hoc sapientem intelligere oportet. Nam *mala aurea in lectis argenteis, qui lo-*

G

quitur

quitur verbum, in tempore suo, ait Salomo Prov. 25, II. Afficit fortius prudentiæ sermo, si tempori, loco, rebus & personis opportunus; si super rotam artificis idonei apte fingatur & quadret proposito. Tempestivè satis, & pro cuiusque captu accommodare noverat verbum suum Doctor eruditæ linguæ. Ut auxiliator in opportunitate: sic quoque concionator erat in opportunitate. *Sciebat in tempore loqui defesso.* Es. 50, 4.

4. Suavissimus. Non solum cum gratiæ verbo; sed etiam cum gratiæ osculo, ad homines venit. Obstinatis equidem *triste illud væ* ingeminavit aliquoties, Matth. 23. Fatigatis autem & oneratis: *Venite ad me*, dixit Matth. II. Item: *Confide fili!* Matth. 9. Item: *Si quis sitit, veniet ad me*, Joh. 7. Moses: *Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, ut faciat ea.* Deut. 27, 26; Ipse vero: *Beati pauperes spiritu*, Matth. 5. Tam mirâ, & tam scitâ fermocinatus est suavitate! Luc. 4, 22. Hæ blandæ Ipsius syllabæ! Meritissimè huc retuleris istud: *Ex edace cibus, ex feroci exiit dulcedo* Judic. 14. In canticis canticorum ita de sponsa, sponsus: *Favus distillans labia tua.* Cant. 4. Ad quæ verba mellifluus Bernhardus: *Familiare est sponsæ, & quasi innatum, dulcia loqui. Si quando autem increpat dure, peregrinum illud ab ea, & de longe ascitum, & non insitum, nec sic est affecta; sed magis comta. Cum dulcia loquitur, de propriis loquitur: cum vero dura, non habet hæc oris ejus qualitas,*

tas, sed pravitas audientium. Ergo de proprio  $\text{\textcircled{S}}$  de familiari laudat sponsam, cum dicit: *Favus distillans labia tua.* Serm. 34. Cant. Cant. p 1889. Si hæc sponsus de sponsa, quid Sponsa, dic sodes, de Sponso?

5. Clarissimus ac simplicissimus. Fecit lutum de sputo h. e. parabolis è trivio arreptis, cœcorum oculos reparavit. *Modus docendi Christi*, ita signanter B. Danhauerus, *ut plurimum dialogisticus*  $\text{\textcircled{S}}$  *examinatorius fuit, parabolicus item ac simplex; non quod insipida, incocta, nugatoria protulisset, sub simplicitatis prætectu; sed quod cœlestia terrestribus similitudinibus declarasset,  $\text{\textcircled{S}}$  res longe difficillimas, facillime proposuisset,  $\text{\textcircled{S}}$  cibos quasi præmandisset discipulis.* Christoph. p. 178. Parabola, unde Gallis Parole, à verbo  $\pi\alpha\rho\alpha\beta\acute{\alpha}\lambda\lambda\epsilon\iota\upsilon$ , quod appellere seu adjicere significat, est comparatio rerum natura discrepantium, sub aliqua similitudine facta; sive ut Hieronymus venuste: *Sermo utilis, sub idonea figura expressus,  $\text{\textcircled{S}}$  in recessu continens spiritualem aliquam admonitionem.* In Marc. cap. 4. Differt ab historia; nam historia est narratio rei factæ, similitudinis nihil habens; Parabola vero est narratio rei fictæ, veri-similitudinem habens. Creberrimè, ut ex Evangelistarum recensitione patet, iisdem usus est Salvator; idque hæc ob causas

1.) Ut impleret quod dictum: *Aperiam os meum, in parabolis* Ps. 78, 2. i. e. dicturus sum parabolas. Quapropter etiam Messias, Mich. 5, 2. dicitur *Maschal* à *Maschal*, i. e. parabolicus vel allegoricus Doctor.

G 2

2.) Ut



2.) Ut accommodaret sese Judæis, quibus hoc doctrinæ genus non fuit infrequens. Nota sunt exempla *Nathanis*, 2. Sam. 12. *Salomonis*, 1. Reg. 4. *Esaia*, 5. & aliorum. Ezechiel profectò, in Sacramentorum similitudinibus usque adeo extitit assiduus, ut etiam conquereretur, se propterea passim traduci. *Ah! Ah!* inquit, *Domine, ipsi de me dicunt, numquid non hic meras nobis parabolas loquitur?* Cap. 20, 49. Spectant huc verba Hieronymi: *Familiares Syris est, & maxime Palæstinis, ad omnem sermonem suum parabolas jungere.* In Cap. 18. Matth.

3.) Ut sub imaginibus illis & typis, afficeret magis ac delectaret. *Habent quippe id parabola* (notante Coccejo) *ut non statim repudientur; sed etiam cum voluptate quadam audiantur.* Cognitio veritatis eo jucundior fit & confirmator; quando idem planis verbis, & per parabolas ac figuras significari deprehendimus. In Jer. 13. §. 7. & in 2. ad Tim. 2, §. 8. Nitida sunt Augustini verba, quare etiam huc eadem transcribere haud pigror: *Quæ insinuantur nobis figurate, plus movent & accendunt amorem, quam si nuda & sine ullis sacramentorum similitudinibus ponerentur.* Cujus rei causam difficile est dicere. Sed tamen ita se habet, ut aliquid per allegoricam significationem intimatum plus moveat, plus delectet, plus honeretur, quam si verbis propriis diceretur apertissime. Credo, quod ipse anima motus, quamdiu rebus adhuc terrenis implicatur, pigrius inflammatur: si vero feratur ad similitudines corporales, & inde

de feratur ad spiritualia, quæ illis similitudinibus figurantur ipso quasi transitu vegetatur, & tanquam in facula ignis agitatus accenditur, & ardentiore dilectione rapitur ad requiem & quietem. Vid. Ep. 119. ad Januar. c. XI. Tom. II. Et quid Nehem. Roger, Pastor Messingensis: Unter allen Urten zu reden / inquit, ist keine / die sich künstlicher und heimlicher ins Herze schleichen kan / und einen tieffen Eindruck darinnen hinterlässet / als eben ein Gleichniß. Dieses wird recht das Leben selbst treffen / und dem Menschen gleichsam herauspressen dasjenige / welches man auf andere Weise nicht würde bekennen wollen. Wie wir sehen an Davids Exempel 2 Sam. 12. und an den bösen Juden Matth. 21, 33. Vom verlohrenen Schaf / pag. 126.

*Segnius irritant animos demissa per aurem,  
Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ Ipsi sibi  
tradit Spectator.*

Horatius, de arte Poët.

4.) Ut memoriæ audientium consuleret. Quemadmodum enim species hujusmodi sensibiles facilius excipiuntur, afficiunt potentius; ita quoque altius tenaciusque hærent animis, quam vel præcepta, vel prohibitiones, vel minæ, vel promissa nuda.

5.) Ut regni sui arcana sisteret luculentius. Pro magno artificio hoc Rhetores extollunt: *ἔργα καὶ νοῦν*, & *νοῦν καὶ ἔργα* tractare. Per parabolas, seu similitudines id fieri, nullus ambigit. Testem do Senecam: *Invenio* (sunt verba ipsius) *imagines, quibus, si quis nos uti vetat, & Poëtis illas solis judicat esse concessas, neminem mihi videtur, ex antiquis legisse, apud quos*

nondum captabatur plausibilis oratio. Illi qui simpliciter & demonstranda rei causa eloquebantur, parabolis referti sunt: quas existimo necessarias, non ex eadem causa, qua Poetis; sed ut imbecillitatis nostræ adminicula sint, & ut discentem & audientem, in rem præsentem adducant. Vid. Ep. 59. Lib. I. p. m. 631. En! imbecillitatis nostræ adminicula sunt parabolæ, & discentem & audientem, in rem præsentem adducunt. Petiæ quippe à rebus communibus, attentis & non omnino rudibus claræ sunt atque apertæ, quin & cum vaticiniis propheticis comparatæ, mera lux; Per illas operata redduntur aperta, quando spiritualia scilicet adumbrantur per corporalia, cœlestia per terrestria, invisibilia, & ignotiora per notiora.

Ais:

*Parabolæ sunt paradoxa & enigmata.*

Resp. Fratibus Caini & Sociis Judæ. Si Evangelium nostrum est opertum, iis est opertum, qui pereunt 2. Cor. 4, 3.

Instas:

*Quandoque non sunt intellecta?*

Resp. 1. Sed non semper. 2. Factum, non tam mediis seu objectis; quam subjecti vitio. Sol est lucidus, ut ut eum non videat cœcus. Nonne hæc sunt plana ac perspicua: *Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt, per Prophetas, de Filio hominis. Tradetur enim gentibus & illudetur, & contumeliis afficietur, & conspuetur, & postquam*

quam flagellaverint, occident eum & tertia die resurget? Vel septennis puer istæc capere poterat, & tamen Discipuli nihil horum intelligebant. Luc. 18.

Instas:

*Exponendæ erant à Christo Salvatore. Rogant hunc Discipuli, ut edisserat illas.*

Resp. 1. Et Catechismus noster exponitur, numne ideo obscurus? 2. Discipulorum intelligentia, in primordiis Ecclesiæ evangelicæ nascentis, admodum tenuis erat ac debilis. 3. Ἀπόδοσις subjecta, simplex est atque aperta. 4. Si Christus parabolas exposuit; ergo hodie sunt planæ ac perspicuæ.

Instas:

*Parabolarum finis fuit, ut homines per illas excœcarentur. Matth. 13.*

Resp. Absit. Ideo enim lux venit in mundum, ut omnes, in mundum venientes, per eam illuminarentur. Joh. 1. Quodsi vero aliqui videntes non vident, & audientes non audiunt, id partim propria est malitia; Nolunt enim videre; nolunt audire, & quidem τῷ nolle, non naturali, sed actuali; non originario, sed voluntario: partim infidelitatis pœna. Ubi namque crassis auribus, & obstinato corde, repudiantur vera, ibi ex justo DEI judicio, gratia subtrahitur, & homo magis magisque excœcatur. Applicanda huc distinctio, inter voluntatem DEI antecedentem & consequentem; misericordiæ ac justitiæ. Evangelium, quod per se clarum, per accidens fit obscurum; quod

quod per se est odor vitæ ad vitam, per accidens fit odor mortis ad mortem. Particula *ita, ut, &* con-  
similes, quod transeunter innuo, non notat finem  
intentum; sed & non raro eventum per accidens;  
Seu, non exprimit causam, cur non videant; sed  
consecutionem, quod de facto non viderent. Ast  
non vacat hæc ulterius prosequi. Christum Serva-  
torem, vulgari dicendi ratione usum, ex dictis abun-  
danter intelligitur. Humilis erat ipsius status, humi-  
lis quoque erat ipsius stylus. Rhetorculorum despi-  
ciebat ineptias, & res sacras, mysticas ac supernatu-  
rales, verbis ad captum audientium attemperatis, ita  
describat, ut rudes etiam ac plebeji homines, cer-  
tam de mysteriis fidei sententiam inde possent hauri-  
re. Multa paucis complectar! Plene & planè Chri-  
stus est concionatus. Plene, nam nihil subticuit;  
plane, nam homines facere docuit, non dicere. Va-  
de, mi Evangelista, & fac similiter. Stude simplici-  
tati, & anxiori intensiorique zelo cura, ut ad te, non  
tanquam ad Comœdum aut Histriorem; sed ad vi-  
tæ magistrum, aut vitiorum correctorem eatur.

### 3. FUNDAMENTUM.

Universa sanctior Scriptura, humili ac simplici  
stylo est consignata. Non equidem ex Es. 8, 2. id  
ipsum in præsentia ostendere conabor. Nam utut  
multi ex Theologis pariter ac Philologis *stylum homi-  
nis*, quo Esaias, à Domino, jussus fuit scribere, inter-  
pre-

præsentur, per stylum notum atque vulgarem. *Cum Esaias* (en verba nostri Danhaueri) *obscurius nonnihil* & *sublimius vellet loqui*, correctus fuit à Spiritu S. & *jussus fuit*, scribere stylo hominis, i. e. qui ab homine posset intelligi. Vid. Ideam Boni Interpr. & malit. Calumn. p. 138. Re tamen libratiùs perpensâ, stylus hominis magnos significat characteres, quibus insequentibus voces: *Velox spoliator: Festinus prador*, erant exprimendæ. Præclare admodum Grotius: *Sume tibi librum grandem i. e. paginam grandem, quæ & convolvi & evolvi possit, & scribe in ea, stylo hominis, i. e. scriptura clara, ut hic habet Chaldaeus, quam facile quilibet, vel eminus legat, ut Abacuc 2, 2.* Quibus paria sunt, quæ Brentius in h. l. listit: *Sume tibi librum, tabulam seu chartam magnam, & scribe in ea charta, stylo humano, vel valido & duro, ut sit sensus: Scribe in charta magnas literas, quæ ab omnibus legi, & non facile deleri queant, quemadmodum scribi & proponi solent hominibus leges in æs incisa, & publica regum edicta.* Nolo, ut dixi, hõc stylõ, styli sacratiõis voluminis simplicitatem, ire statuminatum; prout nec dictõ Petrino, quando is ait: *Nos non arte compositas fabulas secuti, notum vobis fecimus Domini nostri Jesu Christi potentiam & adventum* 2. Ep. 1, 16. Oecumenius equidem Gagnæus & alii ex interpretibus scribunt: *Mentis*, non fabulam duntaxat, sed & rationem significat; idcirco Petri mentem esse hanc: *Non affabre composito & eleganti, usus apud vos sum sermone; quod idem*

H

cum

cum Pauli effato: *Non veni ad vos Corinthios, ἐν ὑπεροχῇ τῆς λόγου, cum eminentia facundia* 1. Ep. 2, 2; At enim verò, non de docendi forma loquitur hic os Apostolorum; sed de doctrinæ materia. Sensus est: Non sciolas, argutas, sophisticatas, quarum seges, apud Poëtas, lepidissimam hominum nationem, DEORUMQUE figulos, ampla occurrit, vobis proposuimus. *Evangelium, quod de Christo, illiusque adventu vobis annuncia vimus, ita locum explanat B. noster Lutherus, non suximus è digitis, ut in proverbio est, apud Germanos, neque apud vos ipsos illa confinximus, aut à sophisticis Fabulatoribus accepimus, qui de singulis rebus magnifice nugari possunt, quales tum Græci erant, cum omnia, quæ subtili, ut ipsis videbantur, artificio tradebant, atque in illis egregie sapere se putabant, nihil fuerint, nisi mera nugæ, gerra & vaniloquia; Hos, inquam, neque audi vimus, neque sumus sectati, i. e. nequaquam hominum commenta prædicamus; sed sumus certi, à DEO nostro esse, quia auribus & oculis ea sumus experti.* Comment. in h. l. Frustra itaque sunt, qui hisce & talibus dictis, simplicitatem styli, qua sancti DEI homines, in suis Lipsanis sunt usi, demonstrare sustinent. Aliunde ea est arcessenda. *Idiotas se vocant, in sermone, 2. Cor. II, 6. Si in sermone; Ergo & in scriptione. Nam non aliter scripserunt, quam sunt sermocinati. Ἀὐτοψία, seu ocularis inspectio, idem facit testatum. Quod si enim totum sacrarum literarum σύνολον, à capite, usque ad calcem, à Genesi, usque ad Apocalypsin per-*  
curre-

currens, non poeticum tumorem, sed propheticum ardorem, afflatumque plane divinum ibi deprehendes. Absunt pomparum fercula, vanitatum pabula, verborum phalerae, sententiarum argutiae; quin & totus humanae facundiae apparatus, heic exulat. Quocirca, de omnibus omnino Apostolicis scriptis adseverare haud dubitavit Theodoretus: *Scripta eorum esse simplicia & coloribus Graecis denudata.* In Sermon de curandis Graecorum morbis. Festiviter Bucholcerus, de Genesi: *Genesis ist gar nicht abgerichtet aufs Betriegen/ caret fuce verborum.* Vid. ejus Chronol. pag. 49. in margine. Quod ipsum etiam de coeteris affirmandum libris. Atque haec simplicitas, tam Scribentis auctoritati; quam rerum, in scriptura contentarum, veritati, ut & legentium, audientiumque conditioni ac qualificationi optime convenit. Autor Scripturae est DEUS, Rex Regum, & Dominus Dominantium. Reges autem & Dominos non decent suasoriae. Perquam exquisite Augustinus: *Sicut quaedam est eloquentia, qua magis aetatem juvenilem decet, est, qua senilem; nec jam dicenda est eloquentia, si persona non congruat eloquentis: ita est quaedam, qua viros, summa auctoritate dignissimos, planeque divinos decet. Haec illi locuti sunt, nec ipsos decet alia, nec alios ipsa: Ipsis enim congruit.* Lib. 4. de Doctrin. Christ. cap. 6. Res, quae in Scriptura continentur, graves sunt ac venerandae, sacrosanctae, mysticae, uraniae &c. Quae autem sunt ejusmodi, compta ac calamistrata dictione non indigent.

Eloquentia est quædam quasi vestis, quæ tum maxime decet, cum ei convenit, qui ea vestitur. Confecta itidem Scriptura est, non eruditis; sed communi plebeculæ; hominibus naturæ infirmæ & imbecillis. Idioticis itaque locutionibus temperanda erat doctrina. Ab omnibus etenim intelligi oportuit, quod omnium credere & observare interfuit. Perquam eleganter Lactantius: *Summâ providentiâ carere fūco voluit Artifex lingua ea, quæ divina sunt, ut omnes intelligerent, quæ ipse omnibus loqueretur.* Lib. 6. de vero cultu, cap. 21. Scio dari Irrisores ac Substantatores styli devoti, quos inter etiam, impurissimus ac nequissimus Atheismi profeminator Matthias Knutz, Julii Cæsaris Vanini, Diaboli Martyris egregius Fraterculus, prout, ex ipsius epistolâ, omnium malarum pessimâ, ultricibusque flammis dignissimâ, videre est. Rudem, inconditum, ambiguum, obscurum, mutum, truncatum, mortuum, elinguem, repentem &c. clamitant eundem; Sed hisce, ad vituperandam Scripturam conductis profanis respondeat pro me Flacius, vir multifariis doctrinæ philologicæ ornamentis condecoratus. *Etsi, ita judiciosissime ipse, non adsunt illa ociosa delicataque veneres aut illecebræ, illa externa dulcedo, & blanditiæ, illa numerositas sonorum, seu illa nugæ canoræ, in sermone sacrarum literarum, quæ in ostentatoriis Oratorum aut Poëtarum scriptis, tum temporis, in Græcia & Roma, maxima cum aviditate & admiratione, audiebantur & celebrabantur;*

tur; tamen sua gravi masculaque eloquentia minime destituuntur. Clav. Part. 2. pag. 15. Succinit magnus noster Gerhardus: Simplex dicitur (en verba Theologi) Scripturae stylus, non quod rudis & rusticus, vel quod destituatur omni ornatu & elegantia, vel quod destituatur omnibus figuris ac tropis; sed quod sit apertus, minime fucatus & fraudulentus, quodque res magnas & praeclaras, verbis ad captum legentium accommodatis, describat. Simplex ergo est sermonis character, quo Spiritus S. in Scripturis utitur, cum non constet affectato dicendi genere ac pigmentis oratoriis, nec verbis exquisite ornatis; sed ad intelligentiam obviis, perspicuis, & in vulgus notis. Idem tamen character majestate plenus est, cum de summis fidei mysteriis & divinis revelationibus supra mentis humanae captum positis, tam perspicue nos erudiat, atque ut verbo dicam, talis est Scripturae character, qualem in aliis libris humana industria elaboratis, nemo deprehendet. Vid. Exeges. Loc. 1. cap. 12. §. 307. pag. m. 112. Addo, quod hodie nostris, barbarum & inconditum est auribus, id aliquando scite & eleganter fuit dictum. Quemadmodum formae vestimentorum; ita linguae quoque mutantur. Qua de causa Horatius:

*Ut sylvae foliis pronos mutantur in annos,  
Prima cadunt: ita verborum vetus interit aetas,  
Juvenum ritu florent modo nata, vigentque.*

De art. Poët. pag. m. 40. Amplius: Quod uni linguae nitidum ac politum, id in altera pro absurdo habetur ac inficeto E. g. in lingua Gallica haec phrasis est

est optima: Il se meur; item: Il se mocque de moi; Romanus autem exspueret, si quis diceret: *Ille se moritur*; item: *Ille se ridet, de me.* Lunam itaque, styli facri citius coelo detrahent contemptores, quam ipsum, tam contemptibilem, ac imperitis persuadere conantur, probent. Quocirca vitio ne tribuatur multilinguibus fidei Satoribus, id non fecisse, quod fecisse vitium erat. Remedia animæ & non ingenii lenocinia nobis communicarunt, neque id habuerunt curæ, quomodo aures, declamationum flosculis permulcerent; sed quomodo mentes salutiferâ DEI CHRISTI quæ cognitione imbuerent. Venustè in hanc rem uterque Isidorus: *Sermo DEI*, ita Hispalensis, *occultum habet fulgorem sapientiæ & veritatis, repositum in verborum vilissimis vasculis. Ideo libri sancti simplici sermone conscripti sunt, ut non in sapientia verbi; sed in ostensione spiritus, homines ad vitam perducerentur. Nam si Dialectici acuminis versutia aut Rhetoricæ artis eloquentia, editi essent, nequaquam putaretur fides Christi, in DEI virtute; sed in eloquentiâ humanâ argumentis consistere; nec quicquam crederemus ad fidem, divino in spiramine provocari; sed potius verborum calliditate seduci. Omnis secularis doctrina, spumantibus verbis resonans, ac se per eloquentiæ tumorem attollens, per doctrinam simplicem & humilem christianam evacuata est, sicut scriptum est: Nonne stultum fecit DEVS sapientiam hujus mundi. Fastidiosus atque loquacibus Scripturæ sanctæ minus, propter sermonem simplicem placenti*

Gen-

Gentili enim eloquentia comparata videtur illis indigna. Quod si animo humili, mysteria ejus intendant, confestim advertunt, quam excelsa sunt, quæ in illis despiciunt. In lectione non verba; sed veritas est amanda. Sæpe autem reperitur simplicitas veridica, & composita falsitas, quæ hominem suis erroribus illicit, & per linguæ ornamenta, laqueos dulces aspergit. Nihil aliud agit amor mundanæ scientiæ, nisi extollere laudibus hominem. Nam quanto majora fuerint literaturæ studia, tanto animus arrogantia fastu inflatus, majore intumescit jactantia. Lib. III. Sent. cap. 13. Quibus symphona dixeris, quæ contra Græcos, sublimi & grande sophos spirante sermone incedentes, alter Isidorus, Pelusiota sc. habet: Divinam, inquit, vituperant Scripturam, (cito verba, ex excellent. Contr. Rittershusii J. C. interpretatione) quæ non exquisito & ornato dicendi genere; sed humili atque pedestri usa sit: At nos Scripturam vere divinam criminationibus ipsorum liberemus, dicentes, eam, non sua propria gloria; sed potius audientium saluti studiosam fuisse. Quod si tanto tenentur amore sublimis dictionis, discant melius esse, ut ab idiota & plebejo homine veritatem, quam a Sophista mendacium discamus. Alter enim simpliciter & breviter, quod res est, dicit; alter vero sæpe obscuritate sua, eum veritatis occultat pulchritudinem, dum sua suavi-loquentia ornans mendacium, in aureo vasculo venenum miscet. Hæc Isidori. Sterili itaque verborum aucupio, dictionisque quantitati ac lasciviæ non studuere, in patefaciendis veritatibus

bus evangelicis, sanctissima Spiritus S. organa; sed cordi, sed fidei, sed pietati, sed devotioni canentes, istum adhibuerunt sermonem, qui sensum dominicum clare exprimeret; verborum autem compositione ac concinnitudine minimè fronderet. Et nonne modernos Antistites, in suggestu, quando oracula Christi pandunt, idem facere oportet? Ad me certe quod attinet, istac, quâ Stephanum Monachum, ornavit S. Gregorius, me DEUS dignetur laude: *Erat, inquit, hujus lingua rustica; sed docta* (aut potius religiosa) *vita*. Gloriabatur quondam M. Basilius, per plures annos S. Gregorii Nazianzeni, Athenis, & in solitudine comes individuus, *se Piscatorum esse discipulum*. Eadem & mea sit gloria.

#### 4. FUNDAMENTUM.

Quia fides nostra & salus nostra eloquentiæ aliâs & sapientiæ tribuerentur humanæ. *Non misit me Christus*, ait Apostolus, *ἐν σοφίᾳ λόγῳ*, *in sapientia sermonis, ne inanis redderetur crux Christi*, I. Cor. I, 17. Audi: *Non misit me Christus, ut luteam terram anxie conquererem; sed ut multa millia hominum DEO lucrarer*. *Σοφία λόγῳ*, ne nescias, est *λόγος σοφίας*. Quemadmodum enim viriditas herbæ, herba est viridis; ita quoque Sapientia sermonis, sermo est sapiens. Haud equidem, à suis concionibus *λόγον & σοφίαν*, exclusit simpliciter Homos DEI; cum utrumque omnibus fidelibus ministris promisit geminæ substantiæ Gigas, Luc. 21, 15; sed

λόγον

λόγον saltem grandiloquum, affectum pomposum, fu-  
 catis coloribus tinctum, ad simplicis veritatis propa-  
 gationem, & Ecclesiæ Christianæ ædificationem haud  
 dispositum. Verbò: ὑπεροχὴν λόγου καὶ σοφίας, excessum  
 facundiæ & sapientiæ repudiavit. At enim, quem in  
 finem hanc ὑπεροχὴν repudiavit? *Ne inanis redderetur  
 crux Christi*, h. e. ne Auditores arbitrarentur, se huma-  
 næ eloquentiæ viribus ad Christianismum esse perdu-  
 ctos, & non potius Spiritu Christi crucifixi. Crux est  
 doctrina de cruce, seu de morte & sacrificio Christi,  
 pro nostris peccatis. Huic est laus conversionis, non  
 autem grandestrepis vocibus, nec Platonis Aristotelis-  
 que acuminibus. Idem fusius, in eadem prosequitur  
 epistola, vir divinius. Adscribam verba: *Oratio mea,  
 & prædicatio mea, inquit, versata est, non in persuasibi-  
 libus humana sapientiæ verbis; sed in demonstratione spi-  
 ritualis potentia, ne fides nostra consistat, in sapientia ho-  
 minum; sed in potentia DEI*, 1. Cor. 2, 4. 5. Nota:  
 Pro voce: *Persuasibilibus*, qua usus est Vulgatus, aptior:  
*Suasorius*. Nam suasibile esse, competit materiæ; Sua-  
 sorium, sermoni aut orationi. Oratio suadet, res sua-  
 detur. Sunt autem suasoria verba, verba ad suaden-  
 dum & persuadendum, (sive verum dicatur, sive fal-  
 sum,) accommodata. *Rhetorica*, ita præclarè Hiero-  
 nymus, *habet colores persuasorios, in unaquaque mate-  
 ria*. Vid. Comment. in h. l. Sed hanc se confectatum  
 esse, negat ac pernegat Apostolus. Quomodo autem  
 è diverso ipsius fuit prædicatio? *In demonstratione*  
 I Spiri-

Spiritus & potentia. Per Spiritum Hammondus, Clericus & alii ex Interpretibus accipiunt dona inusitata linguarum; Per potentiam, dona sanationum, seu potestatem curandorum ægrorum. Vid. Paraphr. & adnot. Hammondus in N. Test. quas illustravit & auxit Clericus, Tom. 2. pag. 79. Ast Paulus tantum de forma loquitur doctrinae, quam non pulchritudine verborum se ornasse; sed demonstrationibus, ex sacra Scriptura desumptis, ita communivisse affirmat, ut in summa simplicitate esset tamen efficacissima, operante per eum Spiritu in auditorum animis. Demonstratio spiritualis potentia: quemadmodum Domini nostri Jesu Christi potentia & adventus 2. Pet. 1, 16. idem quod potens adventus. Ex corde itaque, ad corda locutus fuit Paulus, in Spiritu & virtute, secundum illud: *Vox Domini, in virtute: Vox Domini, in magnificentia.* Idque ideo, ne fides nostra consisteret, in sapientia DEI. Supra dixerat, eam ob causam, sermonis ornatu, & elocutionis abstinuisse vi, ne evacuaretur crux Christi. Hic declarat, quomodo hæc evacuatio fiat, quando videlicet fides Auditorum grandiloquentia & acumine rationum humanarum nititur, quo nihil & tristius, & periculosius. Fundamentum enim hoc est lubricum & nullum. Nam, qui hodie propter rationes sapientia humanæ persuasorias, huic credit, cras alteri, majori persuasione diversum proponenti, etiam calculum addet, cum nulla eloquentia, ad istud perducta sit fastigium, quæ non aliâ tandem

inque

1

dem



dem vinci atque superari possit. Summus siquidem Orator nec dum natus est. Egregia profectò & cetero digna sunt, quæ Illustrissimus Princeps, Dominus Fridericus, Elector & Dux Saxoniae, ad Joh. Staupitium aliquando, cum sermo, de iis incideret, qui ad Populum declamant, hisce verbis protulit: *Conciones illas, quæ argutis & traditionibus hominum constant, mire frigere, ac ad persuadendum, in rebus nostris, elumbes & eviratas esse, quando nihil potest tam acutum adduci, quod non rursus alia argutia possit convelli: Scripturam vero sanctam unam esse, quæ tanta majestate & energia, etiam citra nostram operam sonet, ut captis consumptisque mox omnibus machinis disceptationis, urgeat & cogat dicere; Nunquam sic locutus est Homo! Hic digitus DEI est, non enim docet, ut Scribæ & Pharisei, sed sicut potestatem habens.* Vid. Præfation. B. Lutheri, ad Psalmos Tom. 2. Jenens. Elegit Christus in suos Discipulos, non Disputatores mundi, quorum perspicacia intellectus erat magna; nec nobiles, quorum status conditio erat magna; nec Phariseos & Scribas, quorum autoritas & dignitas erat magna; sed imperitos ac indoctos, Piscatores. Hi tuba Evangelii Ducesque sui gregis esse debebant. De Nathanaele refert Johannes, eum tali à Christo cohonestatum esse elogio, quale nec de Petro, nec de reliquorum quoquam deprehenditur. Ais: Quare igitur hic vir in numerum Apostolorum non est adscitus? Resp. Quia fuit doctus in lege. Initio enim prædicationis magis con-

MUR 2



veniebat indoctos ac rerum imperitos in Apostola-  
 tum assumere, quam doctos, ne cursus Evangelii  
 scientiæ adscriberetur humanæ. Simples Viri sim-  
 plici utebantur caractere. Nihil quippe ex colore ejus,  
 quæ tum florebat, eloquentiæ, ipsis adhærebat; Nec  
 ad vocularum flosculos, nec ad sententiarum ine-  
 ptias, nec ad compositionis concinnos unquam erant  
 delapsi. Eapropter omnia, quæ proponebant, hu-  
 milia erant, ac trivialia. Atque hoc pacto gloria ma-  
 nebat soli DEO, & victoria, soli ejus Evangelio. Op-  
 portunissimus in rem Origenes: *Si vel arte Rhetorica  
 vel Philosophica calliditate conscripti libri nostri, ad cre-  
 dendum illicerent homines, sine dubio fides nostra puta-  
 retur in verborum arte consistere, atque in Sapientia hu-  
 mana, & non in virtute DEI.* Lib. 4. *περι ἀρχῶν.* Ro-  
 bori Scipionis & non elegantia, incumbit ruitura se-  
 nectus; ita quoque DEI potentia, & non picta ac  
 ficta sanctificat ac salvificat nos, loquentia. Quem  
 Moses invenit, in rubo, inter spinas; pro tempore  
 amisit Salomo, in thalamo, inter rosas. Bellissime  
 Eunodius: *Docendi ornamenta non sunt intentiones ne-  
 gotii; sed quietis: nec malitia sunt picta verba; sed otii.  
 Campus fortem postulat, pax profunda redimitum ornat.  
 Qui pro futura asserit, loquelam, quæ peniculo artis co-  
 lorata contemnit.* Concil. Tom. 2. pag. 336. ed. Surian. Et  
 pag. 334. *Sermonum schemata à me non quaratis, antiquo  
 adhuc utor reti, & irrisam à sapientibus seculi cymbam  
 non reliqui. Illa me per mundi freta sustentat.*

5. FUN-



## 5. FUNDAMENTUM.

Potior auditorum pars rudior est, obscurioris excelsiorisque sermonis incapacior. Maximum profecto vitium, non solum non capi; sed etiam ægre ac difficulter capi. Excuso libens, qui naturali perspicuitatis dono carent; at vero, qui consulto & de industria, αἰνιγματικῶς, involutè, intricatè ac impeditè loquuntur, nil prorsus habent veniæ. Heraclito hos dixeris confimiles, qui κρύψιν ex professo suis inculcavit auditoribus. Inter præcepta enim tradi iis solita, & hoc invenitur: Σκολισόν, σκολισόν! *Obscura, obscura!* Unde & nomen σκολεινός ipsi adhæsit. Et quot quæso, adhuc hodie conspicias, qui λευκον λεγον fastidiunt, & nihil dictum putant, nisi quod reconditum est atque abstrusum. Implicant & complicant stylum, ut jure quæsieris

*unde hæc sartago loquendi*

venerit in linguas? unde istud dedecus? & quod in Sextum, propter obscuritatem, jocatus est Martialis:

*Non lectore tuis opus est; sed Apolline libris,*

*Judice te major Cinna Marone fuit;*

idem ipsis impropèratur meritissime; De affectata Aristotelis obscuritate, legat cui volupe est, Aul. Gellii Noct. Attic. Lib. 20, cap. 5. quantumvis nominatissimus Joh. Clericus fidenter enunciet, *Philosophum memoratum non intellexisse, quid diceret.* Vid. Art. Crit. pag. 321. vol. 1. Johannes Calvinus, in instructione adversus Libertinos, quam de idiomate & forma lo-

quendi, quibus utuntur Quintinistæ differere incipit, inter alia hæc silit: *Quintinista peregrinâ & insolenti utuntur linguâ, quâ sic cornicantur, ut nihilo plus perspicuitatis insit, quam in avium cantu. Non nego, quin utantur communibus vocabulis; sed ita significationem eorum deformant, ut nemo intelligat, qualis proposita sit materia, de qua agitur, nec quid negare, aut affirmare velint. Id quidem malitiose agunt, ut possint clanculum, velut ex insidiis idiotas circumvenire. Nemini enim revelant abominationum suarum mysteria, quæ sub illis verborum tegumentis latent, præterquam iis qui iam iurejurando sibi astricti sunt. Quot enim adhuc pro novitiis habent, iis nihil omnino patefaciunt: & quasi obstupescentes ad eorum verba hiscere sinunt. Ita sub istis ambagibus, tanquam Latrones in latebris suis sese occultant. Atque hi quidem sublimes sunt illi sermones, quos Petrus & Judas bullis & spumis comparant, quod nihil ex eis consequatur. Sed dum aliorum mentes suo sublimes stylo, in errorem abducere student, se quoque ita abripiunt ipsos, ut quid garriant, minime intelligant. Memini cum aliquando Quintinus, in magno hominum cœtu videret me, garritum suum nimis acriter reprimere: ac ictum, quod ajunt, declinare vellet, dixisse: Me orationem suam, quod eam minime intelligerem, improbare; Tum respondi, me in iis paulo plura, quam ipsum intelligere: quod ea, quæ dicebat, nullo modo perciperet: mihi vero perspetum erat ipsum velle delitus istis absurdis & perniciosis, hominum mentes fascinare. Quod quidem ita esse com-*  
*perie-*

perietur: Nempe, sic ipsos, in stultas speculationes suas se immergere, sicque involuere, ut neque cælum, neque terra illis appareat. Hac igitur nota discernantur ab aliis, cum sic loquentur, aut cornicabuntur potius, ut nihil intelligi possit. Vid. cap. VII. Incidi ante aliquot dies, in Friderici Taubmanni Disputationem, quam instituit, de Latina lingua. In hac M. Knopfium introducit quærentem: *Ecquid de illo statueret dicendi genere, quo Adolescentes quidam, & præsertim Poetæ, e nupero foetus, insolenter sese jactitant: quando vocabulis, partim ab ultima usque origine repetitis, partim usurpari desitis, Accii, Ennii, Pacuvii, Nævii, Plauti, Apuleji, aliorumque hujus notæ Scriptorum orationem contexant, quam opinentur neminem, nisi qui ipsorum Sacris sit initiatus, intelligere: propter interiorē illam & reconditam eruditionem scilicet?* Post aliqua in hanc descendit exclamationem: *Ridiculum profecto & odiosum genus hominum! Aut intelligi volunt, quæ scribunt, aut nolunt. Si nolunt: cur, aut cui tandem ea scribunt? Si volunt: cur ita scribunt, ut intelligi non possint? Simples ovicula! idem abunde consequerentur, si tacerent.* Pag 55. & 57. Bene profecto, quin & optime! Oratio rem non operiat; sed aperiat: *Satius est, ita perquam significanter Tullius, esse mutum, quam dicere (lingua id ipsum fiat, seu calamus, perinde est. Nam quid lingua, nisi loquens calamus? & quid calamus nisi lingua tacite clamans?) nemo quod intelligit. Caveat proin' is, cui docendi par-*

partes, in ecclesia sunt traditæ, ne moleste peroret, hoc est, ne dictionibus, ad quas intelligendum, vel candela indigeas, in ambone utatur. Species silentii est obscuritas; nec Christi præcones, sed Apollinis *λοξίς* Mystæ censendi sint isti, qui tanquam ex dolio, aut ut Pythones, tanquam ex terra loquuntur. Alchemiam, artem nuncupant occultam. Juxta Ethymologistarum enim traditionem, ab Arabica voce, Chema suos trahit natales. Nec aptior profectò, si quid judico, nec concinnior dari potest nomenclatura. Ars namque ipsa tam est abdita, ut in ejus cognitione adipiscenda, oleum & operam misere perdiderint plusculi. Isti etiam, qui se Adeptos vocant, tot verborum involucris & ambagibus, quasi cæteri, hanc gloriam inviderent, hoc artis arcanum tegunt, ut ideo solum scripsisse videantur, ne ab ullo quopiam, utut nasutior existat ac politior, intelligerentur. Erras, turpiter erras, si eandem, sermonum ecclesiasticorum statuas, rationem. Rhetorica certe non est Alchemia, i. e. ars occulta. *Nisi rem planam reddat oratio, inquit Aristoteles, officium suum non prestat.* Lib. 3. Rhet. Nec ablimiliter Augustinus: *Quid prodest locutionis integritas, quam non sequitur intellectus audientis? cum loquendi omnino nulla sit causa, si quod loquimur, non intelligunt, propter quod ut intelligant, loquimur.* Lib. 4. de doct. Christ. c. 10. *Inanima, quæ sonum edunt, siue sit tibia, siue cithara, nisi distinctionem, tonis dederint, quomodo cognoscetur, quod tibia*

tibia canitur aut cithara? Sic quærit Paulus I. Cor. 14. 7. Nemini quidquam persuadebis, nisi intelligere; intelligi autem, à simplicibus, imperitis, cæterisque Corydonibus de stivâ non poteris, nisi plano ac perspicuo sermonis genere utare. Audiatur itaque noster Danhauerus: *Fingat orator, se sutorem esse aut rusticum, à sequemetipso percontetur, num se ita perorantem capere aut sustinere possit? Qui pueros vult docere, ei repuerescendum; Multo sane difficilius est, obscura lucide, difficilia facile, proluxa concise proferre, quàm lumina & apices verborum consèctari, & auditorio fieri barbarum ac ventis loqui.* Vid. Addenda, ad Rhet. epit. p. 3. *Dicis: Primores adsunt: Doctiores adsunt: Perspicaciores adsunt.* Resp. Numne propter istos paucos, multitudinem negliges rudiorum? Numne illorum causa, DEI populum, fructu concionis privabis? Loquatur *φῶς καὶ ὄμμα* sanioris Theologiæ h. e. Lutherus: Um D. Jonas, oder Philippus, oder um der ganzen Universität willen / wolte ich nicht einmal aufstreten; Denn sie können es sonst in der Schrift wohl lesen. Wenn man aber den Hochverständigen predigen will / und eitel Rabbinos und Meisterstücke heraus werffen / so stehet das arme Volck / gleichwie eine Kuh. O liebe Herren / es ist nicht Kinderspiel. Im Virgilio und Cicerone stehet Gloria, aber die Heil. Schrift wil Demuth und einen zerknirschten Geist haben / da wohnet der Heil. Geist innen. D. W. Linc und M. Veit Diterich, die predigen doch / daß der gemeine Mann etwas draus lernet; Sie fassen es dennoch kaum. Und wenn sie schon sagen: Ey / er hat köstlich Ding gesagt / und eine gute Predigt gethan: da man sie aber fragt / was war es denn? so sagen sie / ich weiß es nicht.

K

Es



Es ist ein schwerer Handel Gottes Wort predigen. Und da gleich etliche fleißig darinnen studiren / und eine Zeitlang Christum auch reine lehren und predigen; Doch so bald sie hoffärtig werden / schleust sie Gott aus der Kirchen. Darum läßt Gott die / so grosse Gaben haben / bisweilen in schwere Anfechtungen fallen / auf daß sie lernen / sie seyn nichts / wenn Gott die Hand abzeucht. Den kleinen Kinderlein soll man predigen / denen ist das Predigamt zu gut eingesetzt. Denen predige ich / nach denselben richte ich mich / die dürffens. Wollens die andern nicht hören / so stehet die Thür offen. Et paucis quibusdam interjectis: Ich bin denen sehr feind / die sich in ihren Predigten richten / nach den hohen gelehrten Zuhörern / nicht nach dem gemeinen Volcke / des achten sie nicht. Wir sollen Säugammen seyn / gleichwie eine Mutter ihr Kindlein säuget. Luth. in Colloq. mens. pag. 417. *Qui fortiolem cibum epulari non possunt, illorum infantia sueco lactis exercenda est.* August. Per quod Rusticus potest salvari, per idem & Princeps ac Elector. Addam plus aliquid: Docti, si docti, non ideo frequentant templum, ut doctiores; sed ut meliores, h. e. ut sanctiores & pientiores reddantur. Dicis porro: *Et Scriptura abundat; phrasibus altis ac sublimibus; obscuris ac difficilibus.* Resp. Abundat? Nonne hoc abundat? Sed esto dari, tu eas expone, tu eas interpretare. O Timothee, liceat hæc Vincentii Lerinensis verba mea facere, o Sacerdos, o Tractator, o Doctor: *si te idoneum munus fecerit divinum, ingenio, exercitatione, doctrina, esto spiritualis tabernaculi Beseleel, pretiosas divini dogmatis gemmas exsculpe, fideliter coapta, adorna sapienter; adjice splendorem, gratiam, venustatem. Intelligatur, te ex-*

*te exponente illustrius, quod antea obscurius credebatur. Per te posteritas intellectum gratuletur, quod ante vetustas non intellectum venerabatur: eadem tamen qua didicisti, ita doce, ut cum dicas novè, non dicas nova.* Cap. 27. Contr. hæref. Eodem inclinat Quintilianus: *Quid turpius, inquit, quam id esse obscurum ipsum, quod in hunc solum adhibetur usum, ne sint cætera obscura?* Orat. inst. Lib. 4. cap. ult.

## 6. FUNDAMENTUM.

Nauseant prudentiores ingeniosa ac sublimia sententia, ænigmatum Mæandros, orationes aliamodicas, adipales, facetas, politas, sesamo ac papavere sparsas & ex mellitis verborum globulis contextas, Amadys-Predigten/Romainen-Predigten. Sanantia quærunt, non sonantia; flammantia, non infantia; fortificata, non phalerata; dilucidiora, non ampliora. Jene Frau/ ut Scriptulum, cujus titulus: Postillen-Reuter innuit, sagte einmals: Ich höre lieber einen Dorff-Prediger/ als einen Stadt-Prediger; denn jener prediget fein einfältig; dieser aber nur den Gelehrten. Malumus prudentiores amicos, quàm formosiores; sic quoque malle debemus veriores habere concionatores, quàm disertiores. At! at! in mundo perverso, omnia sunt perversa. Plerique mortalium umbram, pro corpore, & scorias pro auro arripientes, nil verum existimant, nisi quod perceptu suave est; nil auribus, quæ animæ sunt ora, admittunt, nisi quod grati est saporis; Non pondus rei; sed sonum pensantes, cuncta magis



*admirantur amantque,  
Inversis, quæ sub verbis, latitantia cernunt,  
Veraque constituunt, quæ bella tangere possunt.*

*Aures &c.* Lucret. Lib. I. Aristotelem duntaxat rudent, & fidei effata tunc probant, cum à porticu non abscedunt. Augustinum non in Christo; sed Christum diligunt, in Augustino. Die das Evangelium (ira cum Nonnemine dicam) schlecht und einfältig und ohne große Glossen auslegen / sind ihnen zu schlecht; Sie müssen solche haben / die es krauß und bund können machen / schöne gemahlte Gaben haben / und nach Aristotelischem Methodo, des Heil. Geistes Sprache deutlicher machen und auslegen. Sed hocce Orientalibus Indis, quibus omne ludicrum in pretio, perquam similes esse, haud mecum, iveris inficias. Tintinnabulum æneum, potius isti stolidi ducunt, quam magnum auri pondus; & virri fragmen pluris æstimant, quam præstantissimam gemmam. Sed quam salubre monitum, quod vir multijuga eruditione ac probitate, Dom. Joh. Winckler, his quondam significantissimis protulit verbis! Zuhörer / ita scribit, sollen nicht verlangen die menschliche Weißheit an ihren Lehrern / und durch Belobung der bloß-äusserlichen Gaben / diejenigen Lehrer / die noch schwach sind / dahin nur desto mehr bewegen / daß sie ihre Predigten künstlich / und sich einen Namen der Gelehrten machen / das hiesse / wollen auf den Baum des Erkenntnisses Gutes und Böses klettern / und vor dem Baum des Lebens vorbeigehen. Es haben die äusserlichen Gaben eines Lehrers ihren Ruhm / aber sie wollen in seiner Hochhaltung über das einfältige Wort Gottes erheben / ist eine offenbare Abgötterey und Gößen-Hirtschaffts-Ehre. Solche Zuhörer

tom

kommen in Wahrheit nicht weiter/ als ihre juckende Ohren und natürlicher Verstand zulasset: Sie gelangen nicht an den Kern und Krafft des Worts/ sondern sind den Krancken gleich/ die an dem schönen Gefäß ein Wohlgefallen/ an der Speise aber einen Eckel haben/ wie auch die Erfahrung beweiset/ daß diejenige/ die mehr Wesens von der Person/ Erudition und äußerlichen Gaben des Lehrers/ als von der Krafft des Göttlichen Worts machen/ daß sie wie jene Corinthen fleischlich seynd/ 1. Cor. 3, 1. 3. 4. Vid ejus Hamb. Anzugs. Predigt über die Worte 1. Cor. 2, 6 7. Ac in eundem pene sensum doctissimus Nehemias Roger, cujus supra jam facta est mentio: Suchet nicht so wohl/ ita valentissime omnes quotquot sunt curiosi dehortatur, eure Ohren zu kitzeln/ als eurem Verstand zu helfen. Die arbeitame Biene gehet die Rosen und Violett vorbei/ und setzet sich auf den Thymian; also sollet ihr lieber erwählen/ durch einfältige und heylsame Lehren/ ob sie gleich scharff und beissend sind/ gerühret zu werden/ als durch Blumen und Laub der menschlichen Erfindungen. Wild. Weinb. in Paläst. p. 96. Eniphatica quoque sunt verba magni Chrysostomi, digna, quæ heic legantur: *Hoc subvertit Ecclesias, quod & vos non queritis audire sermonem, qui compungere possit, sed qui oblectet timulo strepitu & verborum compositione, quasi citharædos cantores audientes, & nos frigide ac misere facimus, nostras affectiones sequentes, quas ejicere oportebat. Flosculos verborum & compositionem & harmoniam curiosius sectamur, ut canamus, non ut profimus, ut sumus in admiratione, non ut doceamus, ut oblectemur, non ut compungamus, ut plausu & laudibus obtentis abeamus, non ut mores componamus.* *Quæ sudorum meorum utilitas,*

*si auditores, e verbis meis nullum fructum accipere volunt?* Vid. Hom. 30. in Acta. Justissime, ex spiritualiter esurientium albo, eos expunxit famigeratissimus Theologus D. Thom Watson, dum in sequentia definit: Diejenigen/welche mehr sehen auf die Zierlichkeit und Wohlredenheit/deren man sich im Predigen gebraucht/als auf die gründliche Materie, sind die/welche keinen geistlichen Hunger haben; Es ist ein Zeichen entweder eines verleckerten Mundes/oder verderbten Magens/wenn man ein bißigen Sallats nimt/oder nach einer andern leckern Speise greiffet/und die harte gesunde Speise stehen läßt. 1. Tim. 6, 3. 4. So jemand nicht bleibet bey den heilsamen Worten/der ist aufgeblasen und weiß nichts. Die einfältige Wahrheit hat auch ihren Glanz und Zierde; diejenigen haben keinen geistlichen Hunger/welche bloß ihre Phantasien suchen zu tractiren. Von solchen redet der Prophet Ezechiel/cap. 33, 32. Siehe/du must ihr Liedlein seyn/das sie gern singen und spielen werden. Wann jemand wird zu Gast geladen/wobey eine Music gehalten wird/und so fleißig höret nach der Music/das er das Essen vergisset/würdet ihr nicht sagen/er habe keinen Hunger? Also verhält es sich auch allhier/wann die Menschen mehr Lust haben zu klingenden Worten und Zierlichkeit der Rede/als zu geistlichen Materien/so ist es ein Zeichen/das sie verderbte Mägen/und juckende Ohren haben. Vid. ips. geistreiche Schrift/pag. 613. *Musicos itaque cum acceditis, in auribus vos ponite; cum verò Theologos; Evangelii mysterium,*

*Quo comprênsa hominum sunt argumenta salutis,*

*Christi loco proponentes, ad vosmet ipsos, in animi penetralia, mentisque gremium, sensibus posthabilibus redite. In nummis non tam quærere solemus, quàm monetâ sint percussi, quàm qua materia constant;*

ncc



nec aurum factitium sub Romano symbolo pluri habemus, quam purum, sub nota Teutonum. *Quid prodest clavis aurea, ita cum Hipponensium Pontifice, si aperire, quod volumus, non potest? aut quid obest lignea, si hoc potest, quando nihil querimus, nisi patere, quod clausum.* Cur igitur cultiora & sonantiora vocabula, in sacris orationibus, veris rerum momentis præferremus? Verba nuda, nuda spuma. Et nonne actutum illa evanescit scientia, quæ in nudis verbis est sita? Quin & cultorem, quod miraberis, emedullat, utut ipsa semper sit absque medulla. Norunt id Religiosiores, & ea de causa libentius acceptiusque istius vocem percipiunt, non quæ plausum captat; sed quæ planctum movet & excitat. Grati sunt flores; sed gratior longe est panis.

### 7. FUNDAMENTUM.

Simplicia verba veritas simplex amat. Alius ornatus est scenicæ meretriculæ; alius Matronæ. Lollia Paulina 400 gemmis corruscasse fertur, adeò, ut ipsa minima pars sui fuerit; Ast enim vero, hõc modò tractationes evangelicæ non sunt exornandæ. Intellexerat id optime Georgius Swinnocke, qua de causa etiam, in certo alloquio: *Die Speise/ so ich euch jesho wil vorsehen/ ist ein Todten-Kopff/ dieselbe wil ich euch nicht mit Blumen der menschlichen Wohlredenheit auspuzen/ wohlwissende/ daß es ganz und gar nicht nöthig sen. Eine lose Hure brauchet Schmincke; aber die Magd Gottes/ die Wahrheit/ ist am aller schönsten/ in ihrer angebohrnen Farbe. Es hilfft auch nicht*

nicht sonderlich. Ein gemahltes Fenster läſſet wenig Licht ein; ein gemahltes Feuer brennet nicht / auch ſchneidet ein gemahltes Schwerdt nicht. Soll das Feuer der Schrift das Herz erwärmen / oder dieſes Schwerdt des Geiſtes das Gewiſſen zur Überzeugung und Bekehrung verwunden / ſo muß es aus der Scheide menſchlicher Weiſheit ausgezogen werden. Si alibi, certe in Theologia,

*Ornari res ipſa negat, contenta doceri.*

Floſculis itaque ab Hiſtrionibus, Poëtaſtris, aliisque vaniloquis Scriptoribus acceptis, res myſticas ac ſpirituales velle commendare, idem eſt, ac ebur atramento candefacere, & panem fermentatum, fermento reddere velle dulciorem. *Hereticum eſt*, ſcribit Tertull. *ſuadendo docere, & non docendo ſuadere.* De episto-  
 lularum elegantia Nonnemo, ita judicat eleganter: *Carere figuris, figurat epistolam.* Sic eſt. Ornamenta ubique non ſunt ornamento; Prout nec pictor in melius errare debet. *Marmorea domus*, ut ſcitè Jo. Picus Mirandula, *picturam non recipit; Si opus albarium ſuperinduxeris, demis de dignitate, de pulchritudine.* Non aliter, (ſic pergit) *& ſapientia, & qua tractantur à Philoſophis, tectoriò, non clareſcunt; ſed ob-  
 fuſcantur.* Vid. Epist. ad Hermol. Barb. De Indorum Orientalium Barbaris conſtat, eos cutem oris, ad inſerendas gemmas incidere, ut eo ſpecioſiores ac niti-  
 diores appareant; ſed incisionis hujus vulnere turpius deformantur, quàm gemmarum luce condecorantur; pulchrior quippe eſt ſpecies vultus nativa; quàm adſcitiſſima, juxta illud:

Ut

*Ut natura dedit, sic omnis recta figura.*

Fuderat Alexandrum Lysippus, egregius iste Statuarius, idque ea oris vivi similitudine, ut anima ipsius, in isto ære videretur spirare. Sed quid? Nero statuam hanc, inter alia Græciæ spolia indeptus, dignius eam sub auro, quàm sub alio quovis metallo existimavit futuram. Quapropter illico crustam auream eidem induendam curat; Ast inauratus Alexander desiit esse opus Lysippi, & vivere. Militares quippe vultus melius & expressius referuntur cruditate æris, quàm nitore metalli foeminei. Verbò! Pulchrior in ære erat Alexander, quàm in auro, ut adeo, in beneficiis etiam Nero extiterit crudelis; ac damnosus dum juvare studuit. Innocens est veritas; idcirco nuda conspici amat. Valeat proinde stylus picturatus, saccharatus, calamistratus, ex auro gemmisque totus concretus. Partum animarum coelestium eum vocant, paradisi alitem monocodiatem æmulantem, humi nunquam consistentem, purissimâ coeli aurâ semper congaudentem; Ast fallunt & falluntur. Nusquam onerosior est superbia, quàm in cathedra humilitatis. Amat Christus simplicem humilitatem & humilem simplicitatem, uti in vita; sic & in doctrina. in hac, tanquam in elemento suo, conspicua est Eiusdem *ἐπέγεια*. Præstat itaque indiserta sapientia, quàm stultitia loquax. *Stultitia* dico; hac enim voce utitur Apostolus, quando quærit: *Nonne infatuavit, seu stultam fecit, DEVS sapientiam* i. e. dicendi artifi-

L

ciosam



ciosam peritiam; *hujus mundi?* I. Cor. I, 20. Finis istòc:  
Ein Ey gibt mehr Nahrung / als eine ganze Schüssel voll  
Kohl.

### 8. FUNDAMENTUM.

Parùm efficiunt comptæ, ac bene pexæ orationes;  
Non instruunt, sed destruunt; Movent, non promo-  
vent; delectant, non juvant. Illum cibi apparatus  
meritissimo taxaveris jure, qui plus habet condimen-  
ti, quàm nutrimenti; plus juris, quàm carnis. At-  
que eandem rationem scias sermonis evangelici, ubi  
multa theatra, pauca mystica; multa curiosa, pauca  
fructuosa; multa, ad audientiæ popularis illecebram;  
pauca ad indulgentiam divini Numinis prædicandam.  
Absit talis verborum profluentia! absit talis verbo-  
rum magnificentia! Quid enim, obsecro, prodest au-  
res scalpere, ubi cordi lethaliter ægrotanti, facienda  
est medicina? In nuce perforata nucleus non est quæ-  
rendus; nec diu ejusmodi splendent meteora. Parvu-  
li petunt panem & tu ipsis porrigis lapidem? Pio ec-  
clesiæ Ministro in id omnibus incumbendum viri-  
bus, ut gregem sibi commissum, non tam doctum,  
quàm devotum; non tam subtilem efficiat, quàm  
humilem atque exilem. Quicquid verò ad ostenta-  
tionem ingenii proponitur, aures utut titillet, inte-  
riora tamen non penetrat,

*Sed tantum leviter supra natat, instar Olivi.*

Perquàm appositè Ludov. Blosius, initio operum suo-  
rum: Sane, inquit, talem me esse profiteor, qui aliquid  
faciunt.



*facunde dicere, neque possem, si vellem, neque vellem, si possem; pietati admodum amica est simplicitas, fitque, nescio quò pacto, ut verba exulta, cor plerumque non tam penetrent, quàm demulceant; & interpositis nonnullis, addit: Nimiis eloquentia amor mentes eorum, qui minus affecti sunt facillime à DEO, ac pietate avocatur. Et in præcipitium, philantia, superbia & herodoxia pertractas velut atheas reddit. Hæc Blossius. Negligit auditor mysteria fidei; dum animum ad ornamenta Rhetorica advertit; Omnis, sive de malo, quod fugiendum; sive de bono, quod prosequendum, evanescit cura, dum amoeniores loquendi formulas anhelat, & arguta dicendi acumina sitienter spectat & exspectat. En! sic splendor elaboratus evacuat! & sic sermo, ex industria cultus, vim dictorum enervat! Exsunt proin' exquisitæ istæ munditiæ & nitidæ verborum gemmule, à quibus populus nil, quàm levissimam reportat voluptatem. Bullas dixeris; spumas dixeris; sonum æstuantis maris dixeris. Exsunt, inquam, exsunt! *Regnum DEI non consistit in sermone; sed efficacia*, I. Cor. 4, 20. h. e. Ecclesiæ ædificatio non promovetur, inani verborum tinnitu; sed verâ DEI cognitione, efficacique pietate &c. Alii colos torrent; alii girgillos fabricentur; alii muscipulas inveniant; Tu Homo-DEI stude simplicitati; Cuncta, quæ proponis, sint infra divinationem: Populis loquere populariter, & communionem, sermone compellare communi, cave unquam obliviscare. Confiteberis*

beris mecum, sacratiora γράμματα omnis fuci, tumo-  
 risque esse expertia; sed nonne quævis syllaba est ictus  
 securis? nonne omne, quod spiratur, est vivax? non-  
 ne perpetuo aliquid magnifici, quod animo legentis  
 sese insinuet, respectu sensus habet annexum? *Quem-*  
*admodum, cum Angelus* ( sunt verba magni cujus-  
 dam Theologi ) *offert se conspiciendum, sub humana*  
*specie, os quidem humanum agnoscitur, & humana*  
*membrorum conformatio, apparet tamen semper aliquid,*  
*ut ita dicam, peregrinum, quò percellaris animo, & ta-*  
*cite admoneris, non esse verum hominem, sed spectrum:*  
*ita est in Scripturæ stylo, nescio quid, quod effari non pos-*  
*sum, persentiscitur tamen ab iis, qui legunt; quo facile*  
*eum discernas, à scriptis humanis. Sicut cujusvis est in*  
*esculentis discernere sapes, quanquam rationem diver-*  
*sitatis explicare difficile sit. Vis itaque est in humili-*  
*tate, efficacia in simplicitate. Apage ergo calami-*  
*stros! apage fastus! apage Phaetontæos conatus!*  
*apage ænigmata, non apocalyptica, seu vere prophe-*  
*tica ( hæc enim piissima suscipienda sunt reverentia )*  
*sed cerebrina, sed chimærica, sed temerè excogitata*  
*& inutiliter multiplicata.*

### 9. FUNDAMENTUM.

Non solum fastidium; sed & suspicionem parit  
 affectata verborum lascivia. Ex re & vero Joh. Picus  
 Mirand: *A fucato sermone, si non desipit Auditor, quid*  
*speret aliud, quàm insidias?* Vid. Epist. ad Herm. Barb.  
 De

De Socinianorum oratorio stylo, noster Schertzerus id quondam tulit iudicii: *Oratorio stylo, non tam perspicuitatem, quam ut lector eo facilius decipiatur, subdole intendunt.* In Præfat. ad Coll. Anti-Socin. Nec hisce absimiliter Lactantius Firmianus quondam scripsit: *In hoc Philosophi & Oratores & Poeta perniciosi sunt, qui incautos animos facile irretire possint suauitate sermonis, & carminum dulci modulatione currentium.* Lib. 5. Cap. 1. pag. m. 359. In Theologia non caret angue, herba Philosophica; nec flosculi Philologici venenò. Certissimus turgescens ac superbientis animi character est illud opimum & quasi adipale dictionis genus. Quocirca Seneca: *Oratio vultus animi est; circumtonsa & fucata & manufacta ostendit, illum quoque non esse sincerum; sed habere aliquid fucati.* Epist. 115. Et vero ita est! Quotiescunque igitur verba nimis librata & eluctantia percipis, toties insidias metue. Deliciæ dolosæ; Ubi multum nitoris, ibi parum candoris. *Rhetorica, ut perpolitè Scuppius, est ars mentiendi.* Et sæpe citatus J. P. Mirandula: *Quod aliud Rhetoris officium, quam mentiri, decipere, circumvenire, prestigiari? Addit: Est enim vestrum, (ut dicitis) posse pro arbitrio, in candida nigrum vertere, in nigra candidum: Posse quacunque vultis, tollere, abjicere, amplificare, extenuare dicendo. Demum, res ipsas magicis quasi (quod vos jactatis) viribus eloquentiæ, in quam libuerit faciem habitumque transformare; ut non qualia sunt suoapte ingenio, sed qualia vo-*



lueritis, non fiant quidem, sed cum non sint, esse tamen  
 audientibus appareant. Vid. epist. ad Hermol. Barb. Intellexerat istæc sua tempestate plus satis Valent. An-  
 dreæ, idcirco non minus compe, quam vere, hunc  
 in modum fari incipit: Duo hominum genera admo-  
 dum extimesco, nimios Rhetoricos, & nimios Dialecti-  
 cos; quorum illi mihi persuasum volunt, quicquid vo-  
 lunt; Hi ex me factum volunt, quicquid volunt.  
 Nam cum illi inter credulos jam emerferint, & ob-  
 tinuerint, nihil erubescunt, jam mihi persuadere, Lu-  
 pos sibi indixisse jejunia, Vulpes cum anseribus reconci-  
 liatas, graculos in lusciniâs transmutatos, & quid non?  
 Frigere ignem, urere glaciem, dealbare carbones, obfus-  
 care cretam; omnia suo loco, suo ordine, sua perfectione  
 esse: quibus si oculos, aures, nasumque oppono, indignan-  
 tur, audere quenquam obloqui, aut de religiosissimo, pro-  
 batissimo, ingeniosissimoque seculo conqueri. Hi vero ad-  
 huc iniquiores sunt: Nam non satis est, acutissimis Syllo-  
 gismis mihi cornua affingere; sed perduellem etiam, &  
 hæreticum facere, nihil tale advertentem possunt. Sic  
 enim argumentantur: Gradus non sunt indignis confe-  
 rendi: Ergo posthac omnes ordines commiscebimus. Stu-  
 diosi sunt in linguis erudiendi: Ergo ad Garamantas  
 ablegabimus. Sumptus non sunt prodigendi: Ergo non  
 nisi sutores posthac habebimus. Titulorum catena sunt  
 barbara: Ergo Carolstadiani in posterum erimus. Am-  
 plius: Homines non sunt pecudum instar habendi: Ergo  
 nemo herus ultra erit. Corpus non est saginandum: Ergo  
 nosmet suffocabimus. Proximus est diligendus: Ergo  
 Fra-

*Eraternitatem aliquam ordiemur. Libertas est appetenda: Ergo omnes muros perfringemus. Amplius: Noli blasphemare: Ergo Anabaptista es. Noli semper epulari: Ergo Papista es. Noli mœchari: Ergo Enthufiasta es. Noli nugari: Ergo Schvüencfeldianus es. Noli idola colere: Ergo Calvinianus es. Vid. præf. ad Mythol. Christ. Audiamus hæc & omnem sophisticam ostentationem, declamatoriam subtilitatem, aliaque id genus oratoria pigmenta, cane & angue pejus fugiamus. Solutior sermo placet, & naturalis lingua doctis est grata, indoctis mellea, ac nectarea. Tincta celeriter decidunt, ut flosculi, & nihil minus durable, quàm eruditionis, non medulla, sed larva. Deplorent pii thrasonismos, in ambone, & oculatiores rident, subsannant, & mox: *Nimum tinnis*, inquit, *non places*; quod adæquatum elatæ vanitatis est stipendium. Coronidis loco adscribam, quam festive olim fungos ejuscemodi flatulentos, ostentui habuerit Nero: De eo sic Plutarchus: *Erant* (do verba ipsius) *qui fastu elationeque turgidi, se Regibus pares esse prædicarent: Hos Nero convivio adhibuit, ac super utres sedere fecit; dum ergo illi accumbentes & quasi utres utribus insidentes; sedibus suis magis intumescerent, quod sic honorentur ab Imperatore, Ministri, Neronis jussu, utres illos acu perforabant, ita ut inflati turgidique illi homunciones, utribus aère evacuatis, humi sese prostratos, non sine Imperatoris aliorumq; gaudio deprehenderent. Ucinam hæc ad severioris judicii lancem exigerent,**

gerent,

gerent, qui è monte, cum Mose; aut è tertio cœlo, cum Paulo descendere recusant, non tam de evidentia, quàm eloquentia; non tam de charitate, quam concinnitate; quàm de orationis dictione, solliciti. *Pedantismi illos arguit Ulricus Huberus in Orat. de Pedantismo, & Augustinus, Hipponensium Episcopus, Ranas ipsos vocat, clamantes ex paludibus limosis. Strepitum habere possunt ( sic addit ) doctrinam vere sapientia insinuare non possunt. Serm. 95. Robertus Bodius assimilat eos Grallatoribus, qui grallis quidem vel κολοβάδ' ἢ ποῖς illis innixi atque suffulti sublimes incedunt, & reliquis omnibus longe supereminent, etiam ad rudiorum admirationem, & stuporem eminus intuentium; Sed si labi semel ipsos cadereque contigerit, ut inlubrico & fallaci solo fieri assolet, tum vero resurgere, & se rursus erigere, fulcris illis tanquam numellis quibusdam innexos & impeditos, hoc opus, hic labor est; ubi contra, qui planipedes, ut si dicam, incedunt, h. e. neque grallis, neque cothurnis instructi, & rarius labuntur, & levius & facillime de plano resurgunt. Vid. ipsius Prælect. in Epist. ad Ephes. cap. 6, 19. 20. pag. m. 1103.*

Hæc expende, mi Homo-DEI, & missâ amandataque omni grandiloquentiâ Hispanicâ, simplici humilitati stude. Primam sapientiam esse cogita, pro nihilo ducere eam sapientiam, quæ in tinnulo verborum strepitu, & curiosis ac supervacaneis disputationibus consistit.

IO. FUN-



## IO. FUNDAMENTUM.

Declaravi, ut opinor, abunde, simplicitati ac humilitati, in pulpitis litandum ecclesiasticis, superest unum & alterum adhuc citare testem, cujus auctoritate firmentur rationes supra allegatæ. Adsit itaque

1. Ambrosius, Liguriæ & Insubriæ primùm Præses, deinde verò Mediolanensis Archi-Episcopus. Quid ille? *Prædicatio, inquit, Christiana non indiget pompa & cultu sermonis, ideoque piscatores homines imperiti electi sunt, qui evangelizarent, ut doctrina veritas se commendaret, teste virtute, ne hominum versutia & calliditate humana sapientiæ acceptabilis videretur, non veritate.* In I. Cor. 17.

2. Gregorius Nazianzenus, vir divinis humanisque literis solidissime imbutus. *Fuit quondam tempus, scribit, cum res nostra flourerent, ac præclare se haberent, cum nimirum superflua hæc & verborum lepore atque arte fucata tractandæ Theologiæ ratio, ad divinas causas ne aditum quidem habebat: verum idem erat calculis ludere inversionis celeritate aspectum fallentibus, aut omnigenis & lascivis corporis flexibus spectatores ludificari, quod novi quidpiam ac curiosi, de DEO vel dicere vel audire: simplex contra ingenuaque oratio atque doctrina pietas existimabatur.* In orat. 31. in laudem Athanasii, Jacobo Billio interprete, pag. 527.

3. Hieronymus Stridonensis, cujus scripta per universum mundum, tanquam divinæ lampades rutilant.

M

lant.



lant. Jam, ait, in ecclesiis ista queruntur, omiffaque Apostolicorum simplicitate & puritate verborum, quasi ad Athenam, & ad auditoria convenitur, ut plausus circumstantium suscitentur, ut oratio Rhetoricæ artis fucata mendacio, quasi quadam meretricula procedat in publicum non tam eruditura populos, quàm favorem populi quesitura, & in modum Psalterii & tibiae dulce canentis, sensus demulceat audientium, ut vere illud Propheta Ezechielis nostris temporibus possit aptari, dicente Domino, ad eum: Et factus es eis quasi vox citharae suave canentis, & bene compositæ, & audiunt verba tua & non faciunt ea. In præmio in tert. lib. comment. ad Galat. ad Paulam & Eustochium.

4. Aurelius Augustinus, quo nihil vel magis aureum vel augustius, ut ipsa vocabula nequaquam fortuito; sed Numinis providentia Viro indita videantur. *Avertat DEVS* (en verba ejusdem) *ab ecclesia sua*, quod de Synagoga Judæorum Jeremias Propheta commemorat dicens; *Pavor & horrenda facta sunt super terram, propheta prophetabant iniqua, & sacerdotes plausum dederunt manibus suis, & plebs mea dilexit sic. Et quid facietis in futurum? O eloquentia tanto terribilior, quanto purior, & quanto solidior, tanto vehementior? O vere securis concidens petras! &c.* De doctrin. Christ. lib. 4. cap. 14.

5. Martinus Lutherus, Islebii, anno 1483 natus; Monachus ordinis Augustiniani, anno 1504, Religionisque reformatæ Dux & Antesignanus, anno 1517 factus;

factus; in oppido natali, anno 1546 denatus, & Wittembergæ honorifice sepultus. Verflucht und vermaledent sind alle Prediger / tam acriter in eos Ecclesiæ Ministrors, qui ampullas & sesquipedalia æmulanter affectant destomachatur heroicus ille Christi Athleta, die in der Kirchen nach hohen / schweren und subtilen Dingen trachten / und dieselben dem Volcke fürbringen / und davon predigen / suchen ihre Ehre und Ruhm / wollen einem oder zweyen Ehrgeizigen zu gefallen thun. Wenn ich allhie predige / lasse ich mich auffstieffste herunter / sehe nicht an die Doctores und Magistros / der in die 40 darinnen sind / sondern auf den Hauffen junger Leute / Kinder und Gesunde / der in die hundert oder tausend da sind / denen predige ich / nach denselben richte ich mich; die dürffens / wollen es die andern nicht hören / so stehet die Thür offen. Darum / mein lieber Bernharde / befließige dich / daß du einfältig / vernehmlich / lauter und rein predigest und lehrest. Tom. 3. Witteb. fol. 196. Et cum D. Erasmus Alberus aliquando modum seu rationem, coram Principibus sva- viter differendi exposceret, hunc in modum respondit eidem: Alle eure Predigten sollen außs einfältigste seyn / und sehet nicht auf den Fürsten / sondern auf die einfältigen / albern / groben und ungelehrten Leute / welches Tuchs auch der Fürst seyn wird. Wenn ich in meiner Predigt solte Philippum und andere Doctores ansehen / so machte ich nichts Gutes / sondern ich predige außs einfältigste denen Ungelehrten / und es gefällt allen. Kan ich denn Griechisch / Hebräisch / und Lateinisch / das spahre ich / wenn wir Gelehrten zusammen kommen / da machen wirs so krauß / daß sich unser Herr Gott darüber verwundert. Tisch-Reden. p. m. 417.

6. Philippus Melancthon, Germanus, anno 1497 Brettæ natus, literarum & literatorum decus. Quid



hic de stylo, in rebus sacris, turgido ac fastuoso senserit, ex sequenti historiola patescit: Auf eine Zeit (ita rem enarrat Matthesius) will sich ein Stadtschreiber zum Kirchen-Diener ordiniren lassen; Herr Philippus fragt ihn / wie ein Mensch für Gott gerecht und selig werde? Hochachtungsbahrer / in Gott gelehrter / günstiger Herr / besonder lieber Præceptor, sagt der Redner / nach meinem einfältigen Verstande / den mir Gott aus Gnaden eingesprochen / ließ ich mich bedüncken / auf die Christliche und hochwichtige Frage / wäre dißmahl in Eil / ungesährlicher Meynung ziemlich / zc. Ehe er aber seine Rede gar verpfändet und verzwicket / fällt ihm der fromme Mann in die Rede: Gebt Antwort auf die Frage / was dürfft ihr hie des parlirens / das müsst ihr nun eurem Successori bescheiden / und vom Herrn Christo und seinen Sachen lernet schlecht / gerecht / und einfältig reden. Vid. ipsius Homil. de Luth. 12. p. m. 148. Convenientissime etiam huc dehortatio ponitur Bucholzeri: Hüte dich vor Stadtschreiber deutsch / prout eandem Scultetus, in axiomat. Conc. ivit allegatum.

7. Joh. Conrad Danhauer, Theologus Argentiniensis primarius & conventus Ecclesiastici Præses, anno Christi 1666 demortuus. Die dritte Qualität eines rechtschaffenen Redners heißet: oris gratia, die Wohlredenheit / nicht die Asiatische / politische / weltliche / sondern die Göttliche kräftige / bestehend nicht in hohen Worten / in Amadis, Centonovellischen / oder auch Reichs-Abschied / und Cantzley-Deutsch / welche menschliche Weißheit lehren kan / sondern in Worten / die der Heilige Geist lehret. Die Possaunen-Stimme / die Gott von einem Prediger fordert / bestehet vielmehr in kräftiger Aufmunterung zu dem geistlichen Kampff / als in dem hirnbrechenden Boatu und Geschrey. Vid. Lac.

Lac. Catech. part. 1. Conc. 32. pag. 427. Et alibi: Pauli Predigten bestanden nicht in vernünftigen Reden menschlicher Weisheit / das ist / in Asiatischem Groß-Sprechen / prahlendem Wort-Pracht / und überfließender Wort-Ruhr / weswegen er auch bey den stolzen Wort-geilen Griechen ( qui erant solius loquentium libidinosi, juxta Tertullianum ) als ein alberner Mensch in Worten ausgeschryen worden. Part. 5. in dem Bericht / vom einfältigen Glauben an den Christl. Leser / gleich nach der Dedication.

8. M. Ludovicus Dunte, Theologus Revaliensis, Scholarum Inspector & Ecclesiastes, anno 1639. ex Ecclesia militante, ad triumphantem translatus. Quærit hic:

*An recte faciant Concionatores, qui Eloquentiam in concionibus sectantur, & verborum cincinnis utuntur?*

1.) Respondet. Verbum *DE* I quam simplicissimis verbis proponendam est. Regulam hanc suo exemplo proponit Apostolus I. Cor. 2, 4. In quem locum scribit Ambrosius, proprium esse hæreticorum, & Pseudo-Apostolorum, eloquentiæ laudem & inanis sapientiæ gloriam ausupari. Nam ut Cicero dixit in præmio paradox. Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile, nihil tam horrendum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur. Cum ergo doctrina cælestis ipsa veritas sit, quæ simplex, atque plana est, non opus habet verborum cincinnis, quibus involvitur potius, præsertim apud imperitiores, quàm explanatur. Unde Paulus scribit, I. Cor. 1, 17. Sapientiâ verbi evacuari crucem Christi; Nam dum verborum fucus aures Auditorum

rum obfundit, mysteriorum simplicitas interim evanescit: *Et crux Christi inanis redditur, quasi simpliciter doceri nequeat, Et verborum ampullis prolixè persuadenda sit.*

2.) *Talis eloquentia affectata adificationem auditorum impedit; illi vero optime docent, qui sine verborum pompa, quod ad rem facit, breviter Et dilucide edisserunt, ut prodesse velle, non populo placere videantur.*

3.) *Sed tamen ea non eo dicuntur, quasi omnis in sermone elegantia improbetur, sed ne affectent eam, quibus natura negavit; Qui vero donum eleganter dicendi habent, moderate eo utantur, tanquam cupediis Et bellariis in conviviis, quæ non famem explent, sed suavitate delectant. Vid. Decif. Caf. consc. cap. 9. quaest. 8. pag. 154.*

9. M. Christian Scriver, insomnis providentiæ divinæ contiguus observator, ne tanti conciones artificiosas ac alamodicas hic Verbi Minister, fecit, quod ex subsequens plus satis innotescere potest: *Es war ein Prediger aufin Lande/ von guten Gaben/ der grossen Fleiß auf seine Müths-Arbeit wandte/ und nach seinem fertigen und scharffsinnigen Gemüthe/ in seinen Predigten künstelte/ und dieselben mit allerley Erfindungen und Sinnbildern/ mit Allegorien/ nicht nur aus der Schrift/ sondern auch aus heydnischen und andern Scribenten/ mit lustigen Erzählungen und dergleichen schmückte/ auch ihm selbst hierinn so wohl gefiel/ daß ihm alles andere/ was nicht auf solchen Schlag heraus kam/ albern/ einfältig und verächtlich dauchte. Als er nun in einer fürnehmen benachbarten Stadt/ von einem neu-beruffenen geistreichen fürnehmen Lehrer/ und dessen erbaulichen und durchdringenden Predigten viel hörete/ machte er sich dahin/ und gieng in dessen Predigt; die er aber in seinem Herzen verachtete:*

tete: Jedoch weil er gern mit diesem Mann beandt seyn/ oder vielleicht gern seine Gaben und Geschicklichkeit ihm beandt machen wolte/ gieng er zu ihm. Nachdem er nun mit vielen gesuchten und zierlichen Worten seinen Zutritt entschuldiget/ und seine Meynung entdeckt/ merckte der in der Schrift mächtige/ und in vielen Trübsalen bewährte Lehrer bald / wo es diesem edlen Gemüth fehlte / und fieng von dem Unterscheid der Natur und Gnade/ des Geistes der Welt/ und des Geistes Gottes/ der menschlichen und göttlichen Weisheit und Beredsamkeit / der süßen Worte und prächtigen Reden der Bauchdiener und Heuchler/ und den gewaltigen Predigten der Diener und Nachfolger Christi zc. zu reden / fragte auch seinen neuen Bekandten und Freund / was er für eine Gemeine / und auf was Art er dieselbe unterrichtet hätte? Als nun derselbe / nachdem er durch den vorigen Discurs schon sehr bewegt und beschämt war / (weil dieser Mann von solchen Dingen sagte / die ihm ganz fremd / und darauf er bisher nicht gedacht ) ihm seine bisher gewohnte Lehr-Arbeit erzehlete / und darauf ferner sehr beweglich und ernstlich unterrichtet ward / daß allem Ansehen nach seine Predigten bisher aus dem Welt-Geist geflossen / und alle seine gekünstelte und Sinn-reiche Bemühung / bey so einfältiger Gemeine eine vergebliche und verlohrene Arbeit gewesen / mit herzlichem Ermahnung und Anweisung / daß / und wie er sich hinkünfftig anders anzuschicken / wo ihm sonst seine und seiner Zuhörer Seeligkeit lieb wäre / u. s. w. wurde er dadurch also bewegt und überzeuget / daß er Gott und seinem Freunde herzlich danckete / seine gewohnte Weise fahren ließ / die Schrift fleißiger las / die Einfalt Christi und seiner Apostel beliebte / und hernach ein recht erbaulicher und von seiner Gemeine (welche solche selige Veränderung reichlich zugeniessen hatte) hochgeliebter Prediger ward. Vid. ipsius Seelen-Schatz in fol. Part. 4. pag. 480.

10. Phi-



10. Philippus Jacobus Spenerus, Theologus nemi-  
 ni secundus. Fragt man / ita ipse, ob ich denn der Homile-  
 tic, oder Prediger-Kunst keinen Nutzen zuschreibe? So wil ich  
 dieses nicht sagen; wohl aber getraue ich zu behaupten / daß der  
 Nutzen so groß nicht seye / als die meisten davon glauben. Ich  
 wünschte / daß in vielen Predigten mehr Beweisung des Gei-  
 stes und der Krafft / als Kunst und vernünftige Reden mensch-  
 licher Weißheit sich finden möchte. Die Predigt-Kunst aber  
 führet mehr zu dieser / als jener / ja zu jener kan sie nicht führen:  
 Wie wolte ich / daß sie nicht vielmahl davon abführete! Indem  
 diejenige / welche sich darein zu sehr verliebt / meistentheils mehr  
 davor besorgt sind / wie und in was Ordnung sie etwas sagen/  
 als was sie sagen / und wollen den Zuhörern lieber solche Dinge/  
 davon sie weniger Nutzen haben / vorbringen / wann sie davor  
 halten / daß die Gesetze des Methodi solches erfordern; als ge-  
 gen derselben Vorschrift / und also wider den Methodum sich  
 in denen Dingen aufhalten / durch die das Heyl der Menschen  
 kräftiger befördert würde. Zwar von diesen Gesetzen des Me-  
 thodi insgemein kömmt mir nicht zu zu urtheilen; Doch wun-  
 dere ich mich / daß sich einige unterstehen / eine freye Sache / nem-  
 lich von Göttlichen Dingen an das Volk / zu dessen Erbauung/  
 wie solche es erfordert / zu handeln / mit gewissen Gesetzen zu  
 unnschräncken / daß es gefehlt solle heißen / wo solche Gesetze nicht  
 stets vor Augen sind / hingegen diejenige Rede das vornehmste  
 Lob davon trage / die aufs sorgfältigste zu viel darnach einge-  
 richtet ist &c. In seiner Beantwortung auf den Unfug / c. 2.  
 n. 31. p. 42. Sed argumentorum pariter ac testimo-  
 niorum, tam veterum, quam recentiorum, lasciviam  
 dictionis, in cathedra concionatoria, fortiter dissva-  
 dentium, nobis, ut censeo, est affatim. Nunc illu-  
 strandæ rei, unum atque alterum *ζήνημα*, in medium  
 producam. Sit igitur

CA-

## CAPUT TERTIUM

*Exhibens quæstiones, ad præsentem materiam  
spectantes.*

## Quæstio I.

*Simplicitati in ambone litandum; Ergone fas, ex ma-  
nica concionem excutere, & quicquid in buccam ve-  
nit, magis continuum, quàm contiguum, absque se-  
dula meditatione, incaute effutire?*

Responsio.

**H**Æc subitaria profusio, abortus, quam partus no-  
mine dignior, levitatis ac incuriæ est plenissima.  
*Nulla res (ut ille) potest esse eadem & festinata simul,  
& examinata; Hac propter Andr. Maxim. Fredro sa-  
lubriter admonet: Omnia serio fac, & cum gravitate,  
nunquam obiter, imo lente fac, nec properanter. Curren-  
do enim, non rependo fit lapsus. Polit. Mor. pag. 6. At-  
que hinc Lipsius, Belgarum, dum viveret, doctissimus,  
ca, quæ subito calore & quadam festinandi voluptate,  
ad hunc & istum scripserat, se ignaro, in publicum  
prodiisse, quiritatur maximè. Subitaria mea, dicit,  
prodis, id est, latus pectusque meum nudum objicis ad  
omnem ictum. Sedula itaque ac cunctanti opera, si  
temporis ratio id ipsum permiserit, Conciones, à Mi-  
nistro Ecclesiæ sunt conficiendæ. Fungus unâ horâ  
natus, intra duas marcescit; & idem præcocibus Ho-  
miliis, quibus nihilo plus datum temporis, quam Sol*

N

in



in Iride formanda, obtingit. Simul intrant & simul exeunt. Res autem duratura pariter & valitura lente crescat necesse est, ut in quercu videmus, quæ tar- do & occulto stirpibus imis exiens actu, robur ha- bet & annos. Quapropter Demosthenis lucernam olere homilias præstat, ut tanto, ac DEI ipsius popu- lo rectius consulas. Cum fructu equidem concionari non est ἐφ' ἑµῶν; nihilominus tamen nostram & hic præstolatur Christus diligentiam. Vult etenim, ut strenuè proficiamus, & ut dextrè rem proponamus. Istud, cum talenti foenus exposcit; hoc cum verbum DEI πλεονίας seu abundanter, in fidelibus habitare præ- cipit. Pigrius itaque ac negligentius munera istæc qui obierit, in elenchum, Episcopo Laodicensi inten- tum, Apoc. 3, incurrit. Ad rem B. Lutherus: Ein Pfar- rer oder Prediger soll studiren / und unter allerley Bücher sich üben / so giebt ihm Gott auch Verstand. Aber Bauch-Pfä- fen lässet er ledig. Vid. glossam marginal. ad 39. cap. Syracidis. Ac iterum, in verba Davidis: Lobset ihm klüglich Ps. 47, 8. hæc proponit: Man soll im Predigen das Wort mit Fleiß handeln / und darauf bleiben / nicht hinein gehen und plau- dern wie die wilden wüsten Schreyer und Speyer / und freche Prediger / die da reden / was sie düncket. Pari ac consona vo- ce B. Dietericus: Es ist mit denen Ermelgeschütteln nichts / der Kopff ist die rechte Postill und Ermel / daraus die Predigten mit meditiren / disponiren / memoriren / aus sonderbahrem Verstande / Mühe und Fleiß müssen geschüttelt werden. Conc. in Eccles. Part. 2. pag 103. Addit pondus vir longe do- ctissimus ac gravissimus Hieronymus. Nolo, inquit,  
*te de-*

te declamatorem esse & Rabulam, Garrulumque sine  
 ratione, (est autem Rabula, ne nescias, purum putum  
 tintinnabulum, supinam ignorantiam, felici loqua-  
 citate regens, negotiosus ac curiosus, ne scilicet gar-  
 rulitatis fons inarescat; cui pro eloquentia sapicula  
 maledicentia) sed mysteriorum peritum & Sacramen-  
 torum DEI tui eruditissimum. Epist. 3. ad Nepot. de vit.  
 Cler. Independentium secta equidem, absque prævio  
 studio vult concionandum. *Haud cogitandum*, ait,  
*quid dicas, antequam dicas.* Vid. Micælii Synt. Histor.  
 Eccles. pag. 1054. In qua hæresi etiam Quackerorum  
 Apologeta, Robertus Barclajus, qui primus, inter suos  
 nugari desit. Hic in eos, qui meditandis concioni-  
 bus, sedulam navant operam, acriter incipit desto-  
 machari: Ein solcher/ en investivam! schmiedet so etwas in  
 seiner Studir-Stube/ nach seinem eigenen Willen/ durch seine  
 menschliche Weisheit und Gelehrtheit/ zusammen/ stielet dar-  
 zu aus den Buchstaben der Schrift die Worte der Wahrheit/  
 und füget selbigen/ ein aus anderer Leute Schriften und Be-  
 merkungen zusammen geraspeltes Wesen bey/ um so viel als  
 eine Stunde zu reden austräget/ und die Sand-Uhr auslauffen  
 kan/ und ohne Erwartung oder Empfindung des innerlichen  
 Einflusses des Geistes Gottes/ so prediget er auf ein ungesch-  
 res und gerahte wohl dahin/ es sey gleich nach dem Zustande  
 des Volcks bequem oder nicht; und wenn er nun seine Predigt  
 geendiget/ so thut oder liest er auch in seinem eigenen Willen  
 sein Gebet/ und darmit hat er gethan/ und also sein Werck ein  
 Ende. Vid. Apol. der Gottesgelahrtheit/ pag. m, 249. *Ve-*  
*rum enim vero, nos parum aut nihil hanc moramur*  
*cavillam. Audiamus Ecclesiasten, de Ecclesiaste. Qua-*

*scripsit Ecclesiastes verba utilia, & conscripsit sermones  
 rectissimos, ac veritate plenos. Eccles. 12, 9. 10. Lutheri  
 versio sic habet: Derselbe Prediger war nicht allein weise/  
 sondern lehrete auch das Volk gute Lehre/ und merckete und  
 forschete / und stellet viel Sprüche. Er suchete / daß er finde  
 angenehme Worte / und schrieb recht die Worte der Wahrheit.  
 En! tam diligenti inquisitioni, tam ardenti instetit stu-  
 dio sapiens Nepos Jessæ, quantumvis desuper sapien-  
 tiam assequutus esset. Sciebat namque, DEUM  
 laborantes adjuvare, legentes instruere, admonere  
 cogitantes, & inquirentes laboriose illuminare ac cer-  
 tiores efficere. Quid? nonne Barclajus propria vineta  
 cædit, quando à Ministro Ecclesiæ, ut accommoda-  
 te, ad statum populi concionetur, postulat? Hoc  
 enim volunt ipsius verba: Es sey gleich nach dem Zustan-  
 de des Volcks bequem oder nicht; Ergo, quid ferat Audi-  
 torum captus, & quid faciat πρὸς οἰκονομίην, impensius  
 spectet orator, ut per sanctam prudentiam, non o-  
 mnia omnibus dispenset; sed quibus & quemadmo-  
 dum oportet. Id quod ὀρθοτομεῖν seu *veritatis sermo-  
 nem recte secare*, vocat Apostolus 2. Tim. 2, 15. Hoc  
 autem, qui facere sustinet, ad primum impetum & ca-  
 lorem, αὐτοσχεδίας, tumultuarie, sine omni contentio-  
 ne ac nixu differere non potest. Sorbeant itaque *Mini-  
 stri*, ut de suo id mihi largiatur Gregorius M. Lib. 6.  
*Moral. cap. 16. quieti, quod occupati refundant.* Paulus  
 infusam habebat cognitionem Theologicam; inte-  
 rim tamen, *de membranis* erat sollicitus, 2. Tim. 4. Ti-  
 mo-*

motheus dona ædificatoria, per impositionem manuum Presbyterii acceperat; interim tamen *ad exercitium* & *perfectum* instigatur. Ταῦτα μελέτα *Hæc meditare, in his esto, ut tuus perfectus sit inter omnes; & in proxime antecedentibus: Dum venio, attende, lectioni, exhortationi, doctrinae, 1. Epist. cap. 4, 13. 15. Vates Psalmographus Spiritu S. ducebatur, & tamen assidue, legem Domini est meditatus. Servus tuus, ait, meditatur, de statutis tuis. Psalm. 119. v. 23. Conf. v. 27. & 77. &c. Atque hoc est ἀναζωπυρεῖν, seu follibus quasi, Donum DEI exsuscitare. 2. Tim. 1. 6. ut & ἐρευγᾶν τὰς γραφὰς Scripturas sacras scrutari. Joh. 5. 39.*

### Object. 1.

*Nolite cogitare, ita Christus ad discipulos suos, cum ad oves perditas de domo Israelis eos mitteret, quomodo aut quid loquamini, dabitur autem vobis, in illa hora (s. eo ipso momento) quid loquamini. Matt. 10. 19.*

Resp. Verba hæc non tollunt studium; sed promittunt saltem auxilium; nec agunt de prædicatione inter fideles, sed de extraordinaria confessione inter persecutores. B. Ægidius Hunnius hunc locum sic interpretatur: *Objectioni discipulorum tacita occurrit Salvator, qui poterant obvertere: Quomodo verò nos homines rudes & illiterati causam nostram poterimus dicere coram concilio Sacerdotum & Scribarum; imò verò coram Præfatum & Principum conventu? Idcirco, loco consolationis & institutionis subjicit, non debere illos, de responso nimis*

esse anxios, quandoquidem velut à latere sint habituri peritissimum & doctissimum Advocatum, Spiritum S. qui causam illorum egregie sit acturus. Ne sitis, inquit, solliciti, quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid ad presentem illam actionem aptum & tempestivum commode proferrì possit. Non autem prohibet Christus meditari responsum proponendum hujusmodi adversariorum confessui; Sed tantum nimiam illam curam vult eximere, quasi non sint responsosuo futuri patres protelanda illorum hominum sapientia, & objectis eorum diluendis. p. 227. Brevibus; non omnem præmeditationem Christus interdixit discipulis; sed vanam duntaxat sollicitudinem, atque intempestivum metum in angustiis, quæ deliberationem antevertere solent.

### Obj. 2.

*Spiritus S. non verbis humana sapientia; sed simplicibus stultisque concionibus auditorum movet corda.*

Resp. *καλοτεχνία* oratoriam, h. e. eloquentiam profanè comptam & delicatam, quæ formulas seculo gratas affectet, impugnat vir Dominicus, non autem præmeditationem, quippe quæ etiam ad faciliora proponenda requiritur. Bene D. Jo. Henr. Majus: *Non omnis, inquit, qui in concionibus simplicitatem dicendi affectat, laudandus est. Est enim loquendi simplicitas, quæ ignorantiam & pigritiam parentem habet. Vid. Coroll. disp. de ratione in rebus fidei, suo modo. cæca & oculatâ, n. 10. p. 38.*

Obj. 3.

## Obj. 3.

*Apostoli fuerunt extemporanei.*

Resp. 1. Semper? Unde istud evinces? 2. Extraordinariis donis fuerunt instructi, dispar itaque nostri & eorum est conditio. 3. Nec contextui se adstrinxere, quod etiam facere haud poterant, cum ex non concessis alioqui egissent, nam gentes Scripturas nesciebant; Numne autem ex hoc concludes: Ergo & nobis absque contextu biblico prædicandum? Placent verba doctissimi Strimesii: *Ad textus sacri normam orationem Ecclesiasticam exigendam esse, docet nos exemplo suo, cum Christus ipse: Luc. 4. à vers. 16. ad 21. (quo in loco totum concionandi processum delineatum invenias,) tum discipulus ejus Philippus, Act. 8 à vers. 30. ad 36. Quod vero etiam citra Scripturae S. textum Christus, Propheta, & Apostoli orationes sacras subinde instituerint, id ipsum in exemplum trahi à nobis haud potest, nec debet. Enimvero illi infallibili Spiritus S. afflatu instructi, ipsa fidei instrumenta, vel primum condebant, vel condita & Typis involuta eruebant. Nos vero fallibilitati nostra relictis, textu Scripturae infallibili eidem succurrere, & fundamentis jactis non ligna, fœnum & stipulam; sed, quantum per gratiam DEI licet, aurum, argentum & pretiosos lapides superadificare tenemur. Quid, quod Apostoli gentibus plerumque concionati sunt, Scripturae S. divinam autoritatem, ceu principium sibi ignotum, & à se minus concessum, nihil quicquam moratis?*

ratis? Cum vice versa nos ordinariè Christianis concionemur, superstructis super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, existente imò angulari lapide Jesu Christo. Eph. 2, 20. Vid. Method. Concionat. pag. 9. 10.

### Obj. 4.

*Et Patrum conciones interdum extempore sunt effusa.*

Resp. (1.) Interdum non est semper. Ut plurimum enim maturè & per otium fuerunt meditatae, digestae, atque elaboratae, quemadmodum ex Gregorii Nazianzeni, Athanasii, Chrysostomi, Ambrosii, Augustini & aliorum sanctorum Patrum homiliis clarè innotescit. (2.) Quando extempore sermones habuerunt, fecerunt id ipsum coacti, ut exemplum Johannis testatur. Sic enim de eo Sozomenus: Tum verò populus, cantilenis pro re nata compositis, obviam procedens, cum & ardentes tadas plurimi ferrent, ducunt ipsum ad ecclesiam, & quanquam reluctantem, ac saepenumero asseverantem, oportere prius eos calculum suum revocare, qui contra ipsum tulerant, uti moris est sacerdotibus, compulerunt illum, & populo benedictionem impertiri, & in Episcopali sede considerare. Coactus itaque extemporalem quandam orationem habuit. Vid. ejus Hist. Eccl. l. 8. c. 18.

### Instantia.

*Nonnunquam extemporaneâ oratione magis efficitur, quàm prameditatâ.*

Resp.

Resp. De M. Jacobo Reichen / Eloquentiæ Prof.  
 publ. in Acad. Regiomont. hæcce protulit Anonymus:  
 Ihm kamen seine Orationes gar nicht so schwer an / als der Na-  
 hel das Kinder-gebähren / ich wil sagen: Er durffte nimmer  
 ängstlich und lange auf sein Thun studiren / sondern konte es /  
 zuweilen mußte ers auch / auf eine Extemporalität ankommen  
 lassen / darinnen er sehr glücklich war / und ihm zueignen konte  
 den Lobspruch / welchen Plinius dem Isæo gegeben: *Magna*  
*Isæum fama præcesserat: major inventus est. Summa est facultas,*  
*copia, ubertas; dicit semper extempore, sed tanquam diu scripsit.*  
 Lib. II. Ep. 3. Vid. Præf. ad ejus Geist- und Weltl. Kunst-Reden.  
 Sed 1. paucæ tales aquilæ, in nubibus. 2. Nego, eam  
 vim ac efficaciam extemporaneis semper inesse ser-  
 mocinationibus, quàm quæ præmeditatis ac elabora-  
 tis inest. Athenienses orationum dissimilitudinem  
 admirati: *Romanis sermonem in pectore; Atheniensibus*  
*in ore nasci, dixerunt.* De Attico Constantinopoli-  
 tano sequentia narrat Socrates: *Primum, cum Pres-*  
*byterii gradum obtinuisset, conciones, quas summo studio*  
*confecerat, ad verbum ediscens, in Ecclesia recitavit.*  
*Postea crebro usu & diligentia majorem audaciam ade-*  
*ptus, ex tempore concionari cœpit, rationemque docendi*  
*magis popularem secutus est; Subnectit autem modò*  
*nominatus autor: Verùm, ejus sc. Attici conciones non*  
*ejus generis fuerunt, ut merito, vel ab auditoribus stu-*  
*diose perdicerentur vel monumentis mandarentur litera-*  
*rum ad posteritatem. Vid. l. 7. Hist. Eccles. c. 2.*

O

Obj



## Obj. 5.

*Non semper tempus ad meditandum suppetit.*

Resp. In oborto necessitatis casu fidat Ecclesiastes Deo, & id agat, quod potest. Temeritas hæc est pia & sancta. Ex alto benedicet ille, cujus gloria suscipitur promovenda. Sed absque necessitate, raptim, cursim, ex tempore, de rebus maximis & ponderosis in sacris perorare cœtibus, nihil habet veniæ. Autor observationum miscellanearum, de Josepho Hall, Episcopo Anglicano, hancce refert historiolum: Der berühmte Englische Bischoff/Joseph Hall/gab einst einem Studioso, der ein Prediger werden wolte/diesen Rath. Er erzehlte / daß er in seiner Jugend zween Prediger gekennet/welche grossen Zulauff gehabt. Die wären einst von einer Dame zur Mahlzeit gebeten / und unterm Essen gefraget worden: Wie viel Zeit und Mühe sie eine Predigt kostete? Worauf der Jüngere zu erst geantwortet: Ich pflege zuweilen einen halben Tag/bisweilen 2. Stunden / bisweilen ganz keine Zeit darzu zu nehmen. Darauf sagte der Aeltere: So guten Kopff habe ich nicht. Denn 1. muß ich Zeit haben/einen Text zu erwählen/der mit dem Zustande meiner Zuhörer und gegenwärtiger Zeit überein kömmt. Hernach 2. muß ich zwen Tage haben zu studiren / was ich nicht predigen wil. Dann habe ich 3. noch ein paar Tage zu dem / was ich sagen wil. Dieses Mannes Exempel folget / sprach der Bischoff zu dem Studioso. Subdit Autor hanc epictisim: Ob aber einer /der eine grosse Gemeinde hat / und die Woche wohl 3. bis 4. mahl ausserordentlich predigen muß / damit fortkommen werde / daran trag ich gar grossen Zweiffel. Wahr ist's / wer ohne die eusserste Noth / ohne vorhergegangene Præparation auftritt / der thut grosse Sünde.

Hono-



*Honorem summi Regis, cujus legati sunt, imminuunt, qui non magna cum diligentia annuntiantur, ut ejus mandata, cum apparatu dicendi, & tanto Heroe digno proponant,* sagte ehedessen der Abt du Jarry. Vid. Part. XIII. pag. 285. seq. *Obfignabo hoc quicquid est responsi, doctifsimorum Duum-Virorum piis admonitionibus: Ad concionandum, sic B. D. Henr. Müllerus, nemo imparatus accedat. Non placent hic extemporanei Oratores, quorum sermones saepe tam frigidi sunt, ut vel tertianam incutere possint Auditoribus. &c.* Vid. ejus Orat. Eccles. & quidem in Introd. ad præc. p. 155. Altera admonitio est Domini M. Christiani Gerbers: Wohlan / alle die ihr wollet herfür treten für das Volk Israel / welches ist die Gemeine des lebendigen Gottes / bedencket doch allezeit die Worte Petri wohl: So jemand redet / daß ers rede / als Gottes Wort. So jemand ein Amt hat / daß ers thue / als aus dem Vermögen / das Gott darreicht / 1. Petr. 4, 11. Werdet ihr ohne Noth die Predigten / nach dem gemeinen Sprichwort / aus den Ermeln schütteln / und nicht vorher gebührend darauf medirciren / so seyd ihr (1.) dem faulen Knechte gleich / der sein Pfund in dem Schweistuche behielt / Luc. 19, 20. Ihr machet (2.) damit / daß das Predigamt verachtet wird / und gebet Aergerniß. (3.) Ihr thut euer Amt nicht aus dem Vermögen / das Gott darreicht. Darum forschet doch lieber sein fleißig in der Schrift / habt Lust am Gesetze des HErrn Tag und Nacht / und richtet euer Amt redlich aus / so wird euer Lohn groß seyn im Himmel. Vid. die Fortsetzung der unerkaundten Sünden der Welt / pag. 666. *Præmeditatis autem nemo ita se astringere debet, ut vel omnia, vel etiam nihil proferat, de quo in privatis antea meditationibus minus cogitaverat.*



Auditorum conspectus, ut & eorum vel incuria, vel attentio multa dicenti suggerunt. Der Geist des Redners (ita nonnemo pereleganter) wil allezeit frey seyn / und lasset sich ohngern an die Worte binden. Die besten Einfälle und kräftigsten Worte fließen uns mitten unter den Reden auf die Zunge / wenn die Sinnen von denen Zuhörern geschärffet / und die Gedancken durch eine und andere Umstände gleichsam entzündet werden. Accedit, sacrosanctam DEI auram spirare ubi vult; quando vult; & quomodo vult, ad præmeditata itaque & in chartam coniecta, obstinate se adstringere, minime par est.

## Quæstio II.

*Sacri eloquii simplicitas, numne omnem penitus fastidit eloquentiam, omnemq; respuit orationis concinnitudinem?*

Resp. Ajo cum excellentissimo Arrowsmith: *Esto quilibet verbi minister alter Apollos, vir eloquens, potens in Scripturis. Eloquens sit per me licet, (qui, ut Moses olim, utinam totus populus Jehovæ essent Propheta; ita paratus sum optare: Utinam omnes Jehovæ Prophetae essent oratores!) verum eloquentia non theatri, sed Theologica, mascula, flexanima, i. e. Biblica. Eloquens sit vel ad miraculum, modo interim potens sit, non in Poëtis & Historicis, non in Philosophis & Philologis, non in Scholasticis & Patribus, nedum in Traditionibus & Legendis; sed in Scripturis. Vid. Tactica sacra, pag. 219. Non equidem requiritur oratio compta, sed nec sordida placet; non unguentata, sed nec hircosa; non florida, sed nec squalida; non nimium concinnata, sed*

nec

nec inepta; non amœnitate lasciva, nec tamen asperitate horrida; non rhetoricè purpurata, sed nec confragosa, & per scabra decurrens. Paucis: Non fit læta, sed nec neglecta; Spurcicies æque minus decet, quàm typhus. Periodorum numerositas non omnino prætermittenda, sed nec improba sacrilegaque sedulitate affectanda. *Cavendum quippe, sunt verba B. Augustini, ne divinis gravibusque sententiis, dum additur numerus, pondus detrahatur.* Lib. 4. de doctr. Christ. cap. 20. Ad fidei dogmata quod attinet, sine troporum & figurarum ornatu, ne mysteria rerum, verborum mysteriis implicentur, sunt proponenda; Utendum quoque, quoad fieri potest, stylo & phrasi Scripturæ; nam nihil convenientius, quàm ut res cœlestes, iis exprimantur phrasibus, quæ ipsum Spiritum S. autorem habent. *Quæ DEI sunt, ita Apostolus, de se & suis Cooperariis, loquimur, non sermonibus, quos docet humana sapientia; sed quos docet Spiritus Sanctus.* I. Cor. 2, 13. Optimè Nazianzenus: *Loquere quæ sunt Spiritus, & si possibile est, nihil aliud.* In Orat. de modest. Nec enim eloquentiæ perfectior magister, quàm qui linguam fecit. Ad moralia autem, hoc est, ad exhortationes & dehortationes quando perventum fuit, ibi oratorem christianum non decebit floridius quandoque & picturatus incedere. *Verba grata & acceptabilia studuit invenire Ecclesiastes, Cap. 12, 10.* Et ubi, quæso, illud scriptum, Legatos DEI, styli ariditatem, verborumque asperitatem, in

facris

sacris suggestibus debere sectari? Mala aurea requi-  
 runt thecas argenteas; & quo speciosius vehiculum,  
 eo gratior quoque est sententia. At enim vero Apo-  
 stolus Paulus omnem dicendi peritiam proscribere vi-  
 detur, quando ait: *Se non venisse in eminentia facun-  
 dia* 1. Cor. 2. Respondet B. Hopffnerus, Theologus  
 ad unguem factus, distinguendo inter veram *δευδνλα*  
 & vim, per eloquentiam docendi, hortandi, consolandi;  
 & inter fucatam illam *κολακικην*, qua religionem infle-  
 dit, ad hominum cupiditates, quibus tota, phalera-  
 to & ambizioso verborum apparatu, subservit. De  
 hac loquitur Paulus, non vero de illa. Qui enim  
 omnem eloquentiam damnet is, qui omnium Apostolo-  
 rum eloquentissimus, & ob summam dicendi gravita-  
 tem ac potentiam, pro Mercurio factus habitus, Act. 14. qui  
 artificiosissime-structis orationibus, apud Felicem & Fe-  
 stum elegantissime causam egit? Act. 24. & 26. quem deni-  
 que pro suggestu audire concionantem, unice vocavit Augu-  
 stinus? Nempe eloquentia hac donum DEI est, Es. 3. quod  
 in Aarone, Exod. 4. Apollo, Act. 18. & aliis compluri-  
 bus Spiritus S. commendat. Quin & in sacris literis ma-  
 nifesta sunt documenta consummata alicujus eloquentia,  
 teste Augustino, l. 4. de doct. Christ. c. 17. Unde Ambro-  
 sius non dubitavit asseverare eos, qui primi de arte dicen-  
 di scripserunt, precepta omnia ex divinis libris collegisse,  
 l. 18. Epist. 63. cui adstipulatus Beda artificium dicendi  
 omnesque figuras orationis studuit explicare, adhibitis  
 exemplis ex Scriptura S. desumptis. Vid. Loc. Theol. p. 25.  
 Non omnis igitur; sed tantum fucosa & fastuosa, à  
 Paulo,

Paulo, improbatur eloquentia; ea scilicet, quæ à simplicitate crucis Christi abducit, veritatem exauctorat, falsitatem promovet, errores palliat, auditoresque ad eos amplectendos pellicit, 2. Petr. 1, 16. & 2, 3. Apoc. 17, 3. 4. & 18, 6. Verbo: Non eloquentia, sed eloquentiæ taxatur ὑπεροχή, seu eminentia. Quo verò, quid sit vitii eloquentiæ eminentia, eo constet manifestius, exemplo aliquo, id ipsum paucis ostendere conabor. Carolus Borromæus, Antistes Mediolanensis, quem Ecclesia Romana sanctis adscripsit, inter orandum, plumbeâ glande, à Sicario quodam petitus, tranquillâ mente, & securò vultu excepisse visus est. Atrocitatem hujus criminis ineptus aliquis declamator, talibus pigmentis calamistrisque ivit inustum: *Truculenta illa carnificis manus ( quantum ausa nefas! ) manus intulit Præsuli integerrimo, cujus manus omnium inopia, ac solatio serviebant. Effertus latro plumbeam pilam, non pili faciendam, sed ingentis pili instar, in Caroli petus excussit; at illico constantia grandiore pilo retusa, mox pertasa scelus, in vestis sinum sese abdens, suam tegere conata est temeritatem; dumque cutem tangere non audet, in cotem explorata abit fortitudinis. In nunc, exclamans, & plaude! Tonuit strepitu atrium, nec tamen hæsit Præsul attonitus; sonitum non metuit, quia pro hominum salute, apud DEVM perorabat; ignem non timuit, quia spiritu ignescebat; globum non expavit, quia precum sagittas in cælum jaculabatur. Plumbum illud tunc sanè plumbeum non fuit, quum tam sollerter viri sanctitatem*

tem



tem agnoverit: natura non paruit, ut miraculum pareret;
 Et quia magnitudo prodigii, cum flagitii immanitate pugnavit, à purpura criminis ruborem discit, quaritque ejus in latebris pœnitentiam. Quæ monstra vidi! globus ille impius una fuit Et pius. Impius, dum parricidio innocentis destinabatur. Pius, dum nocens parricide detre-  
 ctavit imperium. Stetit conscientia piaculi timidus, non tam plumbi pondere, quàm crudelissimi officii onere retar-  
 datus. Ingemuit, non tam pulveris bombo, quàm inau-  
 diti facinoris atrocitate. Scilicet noluit glans illa eum vulnerare, qui totum se DEO voluntariis cruentabat vulneribus. Sanguinem non elicuit, quia purpuratus An-  
 ristes, vel purpura exutus, expresso flagris sanguine, coti-  
 die purpurabat. O globum ipsa innocentia ferendi pre-  
 tiosum! Dicerem te gemmam atque unionem, nisi vitæ gemmam Carolo eripere voluisses; sed quia frustratus es ictum, non frustrabor te laude tua. Cedant tibi lapilli omnes pretiosi; cedant Indici, Persicique maris topatii, atque amethysti; cedant Cyri Et Cræsi infinitæ opes, atque inexhaustæ divitiæ. Non ita micat Smaragdus, non adeo radiat pyropus, non tam scintillat adamas, non tam Oceani litora margaritis constrata rutilant: quam tua ista gloria, quod insonti pepeceris, vel ipso ex fumo perennis fulgurat Et immortalis. Mysterium agnoscite, Et obstupescite. Humani vulnus odii in divini plagis amoris scilicet, non potuit hospitari. Quid enim erat pectus Caroli, nisi divini fons amoris, ita exundans, ut paupes non tantum aurea caritate largiendo ditaret; sed  
 etiam

etiam plumbeam glandem in auream, dum ferienti tanto amore parcit, commutaret? Non potuisti tamen efficere, o Carole, quin tua caritatis purpura, in alieni sceleris argumentum, ac probrum erubescendum verteretur. Vid. Frid. Wichmanni, Rectoris hodie Brunsvicensis, Amici mei singulariter honorandi, disputationem, sub præsidio clarissimi Viri, Casparis Corberi, Eloquentiæ Prof. publ. & ordin. Helmst. de dictione figurata habitam, cap. 3. §. 18. En! hæc est ὑπεροχὴ τῆς λόγου, seu eminentia facundiæ! Horatius vocat

*Projicere ampullas, & sesquipedalia verba.*

Sed de hisce foetoribus, ne verbulum amplius nunc proferam. Manet, ornatu verborum aliquo, in ambo-  
ne, licitum esse uti, dummodo non sit meretricius; sed matronalis. Fucus exesto, sed non τὸ πρέπον; sequatur decor & gratia, sed non quærat. Apostolum Paulum suadæ medullam vocavit Hieronymus, & de ipso affirmavit, nitore sermonis & eloquii venustate, totum ad fidem mundum traduxisse. Et quot etiam (perpendas modo) flosculi rhetorici, in dictis & scriptis ipsius passim occurrunt! Confer, si placuerit, lamenta Jeremiæ, nec satis troporum figurarumque miraberis schemata. Tolle etiam hæc ornamenta, ex Patrum scriptis, & quid erunt aliud, quàm campus sine floribus, quàm diadema sine gemmis, quàm cœlum sine sideribus? Admodum venuste Cassiodorus, de Psalterio Davidis: *Est quadam, ait, cœlestis sphaera, stellis densa micantibus, & ut ita dixerim, quidam parvo*  
P pul-

*pulcherrimus, qui velut oculorum orbibus, & cælorum  
multiplici & decora varietate depingitur. De Divin. Lect.  
l. 4. Obsignabo id, quod dixi, viri, divino zelo, & pia  
solidaque litteratura, reverendi, D. Joh. Tarnovii testi-  
monio: Quia in hoc versu (2 scil. cap. 2. Prophet. So-  
phon.) elegantes sunt paronomasia, à Spiritu S. per Pro-  
phetam adhibita, monemur ab eloquentia studio verbi di-  
vini ministrum non debere esse alienum, quum id Spiri-  
tus S. non spernat, qui nec illud damnat, nisi quatenus ni-  
mium illi tribuitur, & soli opera navatur, ut faciebant  
Pseudo-Apostoli, qui relicto DEI verbo, inanes quasdam  
tantum venabantur Philosophicas, pro sua sectæ ratione,  
elegantias. 1. Cor. I, 17. & c. 2, 4. 5. 13. 1. Petr. I, 16.  
Col. 2, 8. Nos autem volumus, ut minister verbi res ex  
sacris literis rite depromptas, ordine & scite proponat, ut  
ita philosophica ornamenta ancillentur sua Domina Theo-  
logia, & illa profana, ad pium usum conferamus, sicut  
quondam spolia Ægyptiaca adhibebantur ad tabernaculi  
sancti, & ab aliis hostibus accepta, per Davidem manu-  
bia, ad templi structuras, qua de re vide Mich. 4, 13. &  
in genere differentem Augustinum Lib. 2. de doctrin. Christ.  
Basilium M. in oratione προς τὴν ἑσπ. Chytræum de studio theol.  
recte formando; Areticum, in problemate, 103. 104. 105. Meisn.  
p. 1. Phil. sobr. quest. gener. In specie id facile de Rhetorica  
usu posset pluribus probari, quomodo in Scriptura creber-  
rimus usus sit omnium troporum Metonymia, Iro-  
nia, Metaphora, Synecdoches, omnium figurarum in di-  
ctione & extra dictionem, ut vulgo dividuntur, nisi hæc  
ex aliis*

ex aliis facile suppleri posse crederemus. Videantur Chytrai in Rhetoricam annotationes; Hyperius de stud. Theol. Index subiectus Bibliis Tremellii & Junii. Quid? quod nec ab ἀποστόλοις alphabeticis Spiritus S in textu hebræo abstinuit, in Psalm. 25, 34. 37. III. II. II. 9. 145. Prov. 31, 10. &c. & quatuor capitibus prioribus Threnorum Jeremia. Sed hæc levia (ut vulgo putantur) quis curat, quum pleraque nostra studia consumuntur, vel in controversiis cognoscendis, vel in postillis legendis? Conf. comment. in Proph. Sophon.

### Quæstio III.

Ad εὐσυνείδητον introitualem pertinent quoque honoris ac amoris tituli; de his itaque queritur, num salva simplicitate, ἐν ἀγίῳ βιβλίῳ, à rerum sacrarum Tractatore, possint adhiberi?

Resp. Possunt. Ratio, quia

I. Angelus ad Mariam appropinquans, hisce eandem allocutus est verbis: Ave, gratiâ plena; Dominus tecum, benedicta inter mulieres. Luc. 1, 28. En! uno spiritu duplicem effert titulum. Primo vocat ipsam ἀεχάριωμένην, quod modo gratiâ plena, modo gratiosa, modo gratis dilecta vertitur: sed nemo melius, iudice Pricæo, istam circumloquitur vocem, quam Mystes Apulejanus: Te felicem! te beatam! quam propitia voluntate Numen augustum tantopere dignatur. Plena (quod carptim noto) fuit, gratia, non à se, sed in se; non active, sed passive; non quia distribuit, sed quia

invenit gratiam. v. 30. Nonnulli ex Pontificiis eandem omnium gratiarum fontem nuncupant, idque ideo, quia genuit Christum, fontem omnium gratiarum; Ast enim hoc pacto Aristotelis Pater summus Philosophus esset nuncupandus, quod summum Philosophum genuerit. Secundo *εὐλογημένην ἐν γυναίξιν*: *Felicissimam mulierum, vel donis DEI, præ cæteris mulieribus, nobilitatam.* Non solum autem præ cæteris mulieribus; sed & præ cæteris hominibus. Post magnum enim DEUM, nihil majus Matre DEI; seu, ut Anselmus, de excell. B. V. loquitur: *Quicquid magnum sub DEO, illud minus est Virgine.* Quod si itaque Angelus Gabriel, tam suavi & amica usus fuerit compellatione, cur illa Ministris Ecclesiæ, in sacra interdiceretur pergula?

2. Ab Apostolis iidem non fuerunt neglecti. Primam concionem pentecostalem Petrus, hisce exorsus est verbis: *Viri Judæi, & quotquot Hierosolymis habitatis, Act. 2, 14.* *Quotquot!* in illa enim famosa civitate omnis generis homines morabantur, & ad spectaculum concurrebant. Paulus ad auditores suos: *Viri Fratres & Patres Act. 23, 1.* Alibi: *Electi, Selecti, Dilecti, Erwählte / Auserwählte / Geliebte. Col. 3, 12.* Petrus Advenas dispersionis ibidem vocat *electos* I. Ep. I, 1. de quo noster Gerhardus: *Petrus eorum electionem noverat, non à priori, certitudinaliter, ut loquuntur Scholastici; sed à priori probabiliter, non judicio fidei infallibili, sed judicio charitatis probabili.* Johannes quid iste?

iste? Subinde Auditores suos appellat: *Filios, Filiolos,*  
cap. 2, 1.

3. Lex humanitatis & affabilitatis id exigit. Potest aliquis bonus esse christianus, quantumvis non sit agrestis. Notanter Dom. Roger: Ich weiß nicht/warum man sagen solle/dass das Christenthum den Menschen rauh und baurisch mache; es möchte denn darüm seyn / daß etliche aus feurigem Eyfer gegen alle Ceremonien in dem Gottesdienste / alle Artigkeit im gemeinen Leben fliehen / und nicht einmahl so viel wollen vertragen in einer Glückwünschung/als: Gott sey mit euch/Gott segne euch/te. Vid. Die bekehrte Sinderin pag. 175. *Asperitas, inurbanitas &c. maculae sunt pietatis. Bona opera ornant fidem, boni mores identidem. Estote alii in alios benigni* (χρηστοί) Luth. Seyd untereinander freundlich. Eph. 4. v. ult. Enixori autem studio videndum, ne tituli admodum sint opimi; ne forenses ad ecclesiastica trahantur; v. g. Durch den Geist aus der Höhe erleuchtete; durch die Tauffe hochgebohrne; durch das Blut des Sohnes Gottes hochgeadelte gnädige Herren und Frauen. Porro, ne pugnent cum veritate, quod fieri solet, cum Auditoribus attribuuntur, ea, quæ nec regenerationis, nec renovationis respectu, ipsis competunt. Præstat, infra, quam supra mensuram, de bonis inexistentibus loqui. Quod si verò major Auditorum pars obstinate peccatis acquiescit, & tantum non acheronticam degit vitam, tituli allegati exsunt. *Va dicentibus malum bonum, & bonum malum!* Es. 5. Vocabula non sunt immutanda, nec rerum natura est invertenda; Odit DEUS falsum iudicium. Quàm asperè & acerbè

Johannes & Christus allocuti sunt Phariseos & Sadduceos? Matth. 3. & 23. Nec valent hic maximæ: *A potiori fieri debet denominatio: Tales vocamus, quales optamus, &c.* Scapha scapha est dicenda, & ligo ligo.

#### Quæstio IV.

*Thema ridiculum & jocularè numne & id, in sacro suggestu, conscienter potest usurpari?*

Resp. Quod in planta est radix, in corpore anima, in circulo centrum; id in concione est thema. Stellæ polari non sine causa contuleris istud. Hoc qui sibi in rostris non habet præfixum, similis est nautanti, cui lumen ademptum. Talis multum movet & parum promovet: Brachiorum plausu fatigatur, litus tamen, quo debeat tendere, non videt. Apertum fit & non opertum, h. e. evolutè sistatur & non involute, explicite & non implicite, distincte & non confuse; alias Auditores, quid expectare habeant, sunt nescii. Requiritur ad illud, ut (1.) A textu sit distinctum. (2.) Virtualiter tamen textui inesse debet. Si intuleris, male; si extuleris, bene agis. (3.) Ad primum textus scopum sit directum. Illo namque neglecto, Scriptura facile in sensum impertinentem detorquetur. (4.) Sit breve, nec ullo supervacuo oneratum vocabulo. *Simeon! habeo, quod tibi dicam.* Luc. 7, 41. *Congregamini, filii mei, ut vobis præannunciem ea, que sunt olim vobis eventura.* Gen. 49, 1. *Adeste nati, audite me, dum vos fovæ metum doceo.* Ps. 34, 12. Hac ratione  
faci-

facilius, etiam à simplicissimo & imperitissimo tene-  
tur. (5.) Sit lucidum atque perspicuum. Nil enim  
turpius, quam id esse obscurum, quod in hunc solum  
adhibetur usum, ne sint cœtera obscura. Ex  
quo sponte tua intelliges, nec vocibus exoticis, nec  
terminis philosophicis id esse exprimendum. (6.) Sit  
plenum & perfectum. Omnia, quæ in causam inci-  
dunt, complectatur; Nihil ipsius extra textum; ni-  
hil Textus extra ipsum detur. Totum toti, solum soli  
conveniat. Verbô: Latifundium totius textus exhau-  
riat. Sed de his fusius differere, non est præsentis insti-  
tuti. Ad rem perveniendum. P. Abr. à Clara, ex Evang.  
Dom. 5. post Epiph. *Cum dormirent homines, venit ini-  
micus* Matth. 13. tale proposuit thema: *Bursch ins Ge-  
wehr.* Ex Evang. Dom. 6. p. Epiph. *Simile est regnum  
cœlorum grano sinapis, quod minimum est;* Matth. 13.  
hoc: *Aus Niederland ist der nechste Weg in Engelland.* Ex  
Evang. Dom. Septuag. *Quid statis tota die otiosi?* hoc:  
*Faul/ heist des Teufels Saul.* Ex Evang. Dom. Sexag. *Se-  
men est verbum DEI,* hoc: *Einen güldenen Ohr-Löffel.* Ex  
Evang. Dom. Quadrag. *Cum jejunasset Christus 40.  
diebus &c.* Matth. 4. hoc: *Sperre dem Esel das Futter.*  
Videatur ipsius Grammatica, quæ (ut scribit ipse)  
pie (pie?) docet declinare à malo, & facere bonum,  
amplecti perfectum in præsentis, & respuere imper-  
fectum, ad obtinendum Futurum infinitum, cum  
Participio salutis, in indice concionatorio succincte  
concinnato, per omnes anni Dominicas. Nullus, ar-  
bitror,

bitror, tam erit ἀγέλατος, quin his audiendis subride-  
 re incipiat. In Anglia, referente Dn. Benthemio,  
 im Engländischen Kirchen-Staat / nonnemo ex textu:  
 Graben mag ich nicht / so schäm ich mich zu betteln / hanc sti-  
 tit propositionem: Einen faulen Schelmen / und hoffärti-  
 gen Buben. Ex nostratibus aliqui (nam  
*Iliacos intra muros peccatur & extra*)  
 ex Epist. in Festo Paschatos I. Cor. 5. considerandum  
 exhibuit: Einen Desterlichen Flederwisch. Sed hæc sugge-  
 stum minimè decent. Negotii, quod hic tractatur,  
 excellens dignitas non permittit, ut quis vel risum,  
 levissimum ingenii fructum, confectetur; vel ut quid  
 ei excidat, quod cum deridiculo sit, animum à seriis  
 avocet. *Caveant omnino*, sic habet Regula concionat.  
 Jesuit: *ne facetiis, aut inutilium rerum narratione, con-  
 cionem contemptibilem faciant, usque Auditores ad ri-  
 sum moveant.* Vid. Rudolph. Hospiniani Histor. Jesuitica.  
 pag. 73. Utinam id observaretur exactius!

### Quæstio V.

*De Divisionum, subdivisionum, ac sub-subdivisionum  
 accumulatione quid existimas, num & hæc cum sim-  
 plicitate, de qua in præsentibus agitur, adversis pugnant  
 frontibus?*

Resp. Divisionem, etiam à Spiritu S. nonnunquam  
 in Scriptura observari videas, ut Jer. II, 13. *Duo mala  
 fecit populus, Matth. 13, 4-5. In seminando, aliud cecidit  
 juxta viam; aliud in petram &c. Joh. 16, 8. Cum ve-  
 nerit Spiritus S. arguet mundum de peccato & de justitia  
 & de*

*de iudicio. &c. 2. Thef. 2, 2. Ne cito à mente  
 dimoveamini, neque turbemini, neque per spiritum,  
 neque per sermonem, neque per epistolam, tan-  
 quam per nos scriptam, quasi instet dies ille Christi.  
 Haud itaque improbanda. Vulgatum est illud, quod  
 in Rhetorum Scholis dicitur: *Qui bene distinguit, be-  
 ne docet.* Facilius etiam per partes, in cognitionem  
 totius adducimur. Textus, ut ut unico tantum con-  
 tineatur verbo, divisionis tamen est capax, e. g. *Vi-  
 gilate!* Ubi 1.) quid requiritur? Vigilia. 2.) Quis requi-  
 rit? Christus. 3.) A quibus? A discipulis, quin & ab  
 omnibus. 4.) Quando? Semper. Neque dissimulan-  
 da, seu nubi silentii est involvenda. Ajunt Permulti:  
*Artis est artem celare.* Sed apposite Caussinus: *Nolo,  
 qui me suspendat & cruciet; volo qui me doceat.* Lib. 15.  
 de Eloq. S. pag. 761. Ex qua ratione etiam vocabula ab-  
 strusa, nebulis & caligine tecta, quibus ea efferatur,  
 prohibentur. Cur enim dedita operâ, molestiam vir  
 parere Auditoribus? Ut igitur divisio textus nec nulla  
 sit, ita nec nimia sit. Nec nulla sit, propter memoriam;  
 nec inopia sit, propter turbam. Nec nulla sit, habenæ sunt  
 adducendæ, ut certo in gyro, contineat se oratio; nec  
 nimia sit, nam vestis in multas partes dissecta & arti-  
 ficiose confuta non facit ad usum aut calorem. Sunt,  
 iique non pauci, qui themata in frustra potius disse-  
 cant, quam in membra; Partes in alias partes, &  
 hæc iterum in partium particulas minutatim con-  
 scindunt, haud secus, ac si non corpus; Sed sceleton  
 quoddam orationis exhibere, ipsis esset constitutum.*

Q

Man



Man findet ihrer nicht wenig / ita ex re & vero nomina-  
 tissimus d' Espagne, welche sich bemühen / in vielfältiger  
 Eintheilung so genau zu seyn / daß sie auch ein Sandkörnlein /  
 durch so mancherley Distinctiones und Divisiones, so klein ab-  
 theilen / daß sie oft selbst solche Dinge nicht mehr sehen oder  
 verstehen können. Vid. ipsius Schriften insgesamt / pag. 501.  
 Sed si uspiam, & hic vetus obtinere debet verbum :  
*Ne quid nimis!* In aromatibus, quæ plus justo con-  
 duntur, verus sapicule intervertitur fructus. Pau-  
 lulum olei, si instillaveris ellychnio, satis alimonix  
 dederis igni; totum simul si infuderis, veram quo-  
 que, quæ aderat, flammam extinxeris. Præclare  
 Metaphysicus: *Omne divisibile, corruptibile.* Præclare  
 Seneca: *Philosophiam in partes, non in frustra dividam.*  
*Dividi enim illam, non concidi, utile est. Nam compre-*  
*hendere quemadmodum maxima; ita minima, difficile*  
*est. Est post aliqua: Idem vitii habet nimia, quod nulla*  
*divisio. Simile confuso est, quicquid usque in pulverem*  
*sectum est.* Epist. 89. Præclare B. Mullerus: *Istius modo mi-*  
*nutia sunt tædiosa, & memoriam, cui inservire debe-*  
*bant, non juvant, sed turbant.* Orat. Eccl. pag. 24. Ad-  
 sit itaque ὀρθοτομία; absit λεπτομερία. Non Clericorum;  
 sed Laicorum agimur Doctores. Hi prolixis enume-  
 rationibus finem intueri cupientissimi fatigantur, &  
 si tanto molimine, rem peragi attendunt, in fidias sibi  
 strui existimant. Non tamen certa numero præscribi  
 potest partitio, ut vel bimembris, vel trimembris sit  
 illa; Ex rebus ipsis namque est ducenda. V. g. si ca-  
 put

put primum Geneseos explicares, pro sex creationis diebus, necessario sex partes deberes constituere; Si vero primum versiculum, hæ tres sufficerent, 1. Creator, sc. DEUS. 2. Res creata: Coelum & terra. 3. Momentum creationis: In principio. Sed hæc fusius dilatare non vacat.

### Quæstio VI.

*Numne methodus adversatur Sacrarum Orationum simplicitati?*

Resp. Methodus & ordo subtiliter loquendo, differunt. Zabar. Lib. 1. cap. 3. de method. 139. & Nold. in Logic. recogn. pag. 393. Sed laxiori dictionis licentiâ sunt termini convertibiles. Quid autem in præsentia, per methodum seu ordinem intelligendum? Resp. Rerum parium dispariumque apta dispositio, secundum prius & posterius. Bifariam dispescitur: Alius est naturæ; alius doctrinæ ordo; Ille ab universalibus, ad particularia, ab imperfectioribus ad perfectiora; hic vero à facilioribus ad difficiliora procedit. Jam ad quæsitum: Ordo non repugnat simplicitati cathedrariæ. Cum positum stellarum; corporis humani Symmetria; & cum acie militari, eundem comparaveris justissimè. *Amethodia* monstrum est horrendum, ingens, utroque lumine ademptum; nescio, num addere fas: perquam tamen frequens, & ubera ecclesiæ propemodum fugens. Ubi nullus ordo, ibi mera est confusio; Sed hanc fastidit & natura naturans & natura naturata. Rogatus Themistius: *Quod esset proprium DEI?* respondit: *Omnia, ex sua confusione & perturbatione,*

Q 2

ad

*ad ordinem revocare.* Orat. 114 pag 333. Hac pp. etiam diferte ab Apostolo vocatur: *Autor ordinis* I. Cor. 14. Dicit. *Produxit tamen Chaos, i. e. rudem & indigestam molem.* Resp. Falsum! Statim enim cœlum, sub forma substantiali cœli; aquam sub forma substantiali aquæ; & terram, sub forma substantiali terræ produxit, quod prima linea Genes. satis superque ostendit. Terra equidem aquis erat cooperta, nam die tertia facta est separatio: Ast enim, si ideo Chaos est admittendum, tempore cataclysmi etiam extitit aliquod. Nec Syllabæ: *Iohu Vabobu* id ipsum evincunt, notant enim duntaxat defectum formæ accidentalis; Terram scilicet nondum floribus atque arboribus fuisse instructam; nec domicilium hominum ac animalium, &c. Addo: si cœlum ab aqua & terra non fuisset distinctum, quomodo lux primigenia suum potuisset habere cursum? Constituit autem hæc lux tres primos dies ac primas noctes; Dies, per præsentiam, noctes, per absentiam suam. Ad naturam naturatam quod attinet, nec hæc est sine ordine. *Ordo in iis, ut Greg. Nazianz. Loqui amat, quæ ratione intelliguntur; ordo in iis, quæ sensu percipiuntur; ordo in Angelis; ordo in astrorum motu, magnitudine, mutua relatione, splendore; Ordo in anni partibus & temporibus, apte & distincte tum progredientibus, tum recedentibus: Ordo in diei ac noctis mensuris & intervallis; ordo cœlum in orbem duxit, aerem exporrexit, terram supposuit, humidam naturam fudit, atque in unum lo-*

*cum*

cum contraxit, ventos emisit, aquas in nubibus adstrinxit. Orat. 26. Quod si igitur & natura naturans, & natura naturata confusionem ac perturbationem abhorrent, cur non etiam Homo? Loquatur plur. rever. D. Reinh. Bakius, Ecclesiae Metropolitanae Magdeb. Pastor. In omnibus, inquit, vite ordinibus ordo valde necessarius est. In Ecclesia, sine ordine, Theologus est Cacologus & ineptus Battologus: Ordine pervenies quo non datur ire labore; lucidus ordo viam discendi munit & artem, ac multum methodus ponderis omnis habet. Quam decenti ordine ministrarint V.T. sacerdotes & Cantores, notum est ex Paral. 25. & 26. In Politia sine ordine, Juris Consultis est raris tumultus. Regina certe Arabia admiratur jucundum aulae Salomonice & ordinem, I. Reg. 10. Castra Israelitarum quam jucundo ordine, ex DEI mandato sint disposita, hoc legere est, Num. 2. In Oeconomia, Sapientia edificatur domus & ordine cellaria replentur, Prov. 24, v. 4. Imo Paulus omnia vult ordine fieri & decenter, I. Cor. 14, v. 40. eo expresse innuens, confusa & inordinata nequam decencia esse. Demnach wer Schicht machen kan / der solts nicht lassen; Verbi minister justo ordine sua proponat, er hacket nicht alles durch einander / wie ein Lingen-Muß. Vid. Expos. Evang. Part. 3. pag. 3. Was unordentlich ist / das gehet aufeinander / wie ein verwirreter Strang Garn. Nec intelliguntur, nec retinentur, quae sunt sine ordine & junctura. Facilius versus ediscimus, quam prosam orationem; & facitius prosam vinctam, quam solutam. Certa ete-

Q 3

nim



nim in re quavis prima sunt atque secunda. Signifi-  
 canter Parens eloquentiæ Latinæ: *Ordo est memoria*  
*Magister, Sapientiæ lumen & intelligentiæ via.* Lib. 2.  
 de orat. Nec minus significanter Prideaux: *Methodus*  
*memoriæ, exegetis intellectui, morale voluntati & ad-*  
*fectibus subsidium adfert.* Vid. oper. ips. p. Infeliciter ita-  
 que docet, qui neglecto omni dicendorum ordine,  
 indiscrete & confuse docet. Turbat hoc pacto me-  
 moriam, suffocat ardorem audiendi, & ædificatio-  
 nem, quantum in se est, tollit. Sermo pertinet ad  
 quantitatem discretam, ut logicorum Filius notum.  
 Et melius est claudus in via, quam cursor præter vi-  
 am. Ter quaterque egregie Keckermannus: *Neces-*  
*saria, inquit, est connexio in omni oratione; quia au-*  
*ditor recte doceri, efficaciter moveri & delectatione af-*  
*fici non potest, si quid hiulcum, interruptum aut pendu-*  
*lum in oratione audiat.* Et interpositis nonnullis: *Ap-*  
*ta autem connexio fiet, si nihil collocaverimus, nisi prius*  
*perpenso eo, quod postea continuo sequi debet, an nempe*  
*id, quod collocare volumus cum eo, quod sequi debet, ap-*  
*te possit vinciri, ita ut posterius ex priori liquido & ul-*  
*tro fluere videatur.* Vid. Syst. Rhet. lib. I. cap. 9. Dicis: *At-*  
*qui tota scriptura sacra est confusa & commixta; Quic-*  
*quid in ea deprehenditur, totum est sine connexione, sine*  
*compositione.* Resp. Sic mendacissimè scribit hyper-  
 bolicus Sacrarum Litterarum calumniator Matthias  
 Knutz, uti ex ipsius epistola, Romæ, si subscriptioni  
 fides tribuenda, videre est. Sed omnes periodi hunc  
 homi-

hominem, ad prodigium nequam & falsitatis convincunt. *Urget Proverbia Salomonis, ne nihil dixisse videretur; atque hinc, in uno etiam capite, omnis generis res, ad instar farraginis commixtas ac confusas ait.* Resp. Proverbia Salomonis non occupantur in determinata aliqua materia explananda; sed omnis generis breves ac rotundas sistunt sententias, ita concise consignatas ut singuli versus plenum & perfectum habeant sensum. Conf. B. Musæi Introd. pag. 309. seqq. Pergis: *Atque Lutherus, Martinus & alii Theologi liberrime sunt vagati; genus ipsorum dicendi fuit ἀρεχον, suppressa propositione, neglecta itidem partitione, sacram materiam, ad ductum & incitamentum spiritus S. tractare sunt soliti?* Resp. Sed id sine ordine factum, nego & pernego. ἄυτοψία docet contrarium. Exuberavit quidem horum Archi-Theologorum spiritus nonnunquam supra artium leges; daß sie aber das hunderste ins tausendste geworffen; rotunda quadratis miscuisse; aut velut nocte, in locis errasse ignotis, nec initio, nec fine proposito; casum potius quàm causam secutos, id salva veritate dici nequit. Spiritus S. spirat ubi vult, quando vult, nec intra angustos artium cancellos includi se sustinet. Et quis Præco evangelicus artis vel methodi Legibus sic more servili se emanciparet; ut non quandoque, populi bono id exigente, aliam tentaret viam? Ubi felicitas ingenii, uberius quoque mensura spiritus, ibi sæpe non attenditur, quid hoc aut istud artis præceptum sibi velit. *Judiciose B. Lutherus: Potentior est veritas, quam eloquentia*

quentia : potior spiritus , quam ingenium ; major fides ,  
 quam eruditio. Tom. Lat. Witteb. II. fol. 424. Nec di-  
 splicent , quæ D. Franciscus Burmannus hisce alicubi  
 enunciat : *Virtutis est , nec nimis esse methodicum , nec  
 minus ; sed uti in omnibus , ita & hic mediocritas servan-  
 da , cum & artis saepe sit , in loco artem negligere.* In  
 conf. de stud. Theol. cap. 3. § 3. Succurrit , quod in Aca-  
 demia Helmstadiensi , ante annos haud adeo multos  
 celeb. Theologo , hæc formata fuerit objectio : *Me-  
 thodus concionandi apostolica non est commendanda Stu-  
 diosis : ad quam Vir doctissimus , id quod sequitur ,  
 dedit responsi : Durum hoc est dictum , & prudenti ac  
 Christiano homini plane inconueniens. Methodus enim  
 apostolicè concionandi , nihil aliud est , quam ea docendi  
 ratio , qua concionator non verbis humana Sapiencia , &  
 meretriciis Rhetorastorum pigmentis , ( nam genuina  
 artis rhetorica præcepta , jure meritoque observantur , ab  
 idoneis concionatoribus ) atque artificiis superstitione con-  
 quisitis , rudis popelli favorem , suumque ipsius gloriam  
 captat , sed simpliciter , perspicue , populariter , ex fun-  
 damento , & ad normam scripturæ sacrae , devote , gra-  
 viter & efficaciter omnia proponit , in honorem DEI pro-  
 ximi que salutem , & prius ipse credendis ac faciendis  
 animum suum , seque totum applicat & tradit , quæ ea  
 aliis inculcet atque injungat , ne videlicet aëri resonanti  
 similis sit , & cymbalo tinnienti. Hanc methodum com-  
 mendat S. Augustinus , in Libris de doctrina Christ. Edit.  
 Calixtin. pag. 112. 143. 150. 174. 178. 179. commendat  
 Corpus*

corpus doctrinae JVLIVM. Im wolgegründeten Bericht/p-  
47. 122. eandemq; probant, ac laudant, & sequuntur omnes  
veri Theologi, quibus pia eruditio & erudita pietas, cum  
promotione divina gloria, & aeterna hominum salutis cura  
cordiq; est. Ego existimo, ait religiosissimus GROSGBAUER  
Oper. pag. 190. eos esse optimos ecclesiae ministros, qui  
in devotione ac simplicitate conciones suas ori Christi,  
Prophetarum, & Apostolorum accommodant. Similia  
habet Z. GRAPIVS, excellens & gravis, apud Rosto-  
chienses, Doctor, in Disp. de concion. artif. & alarodi-  
cis, pag. 20. 25. venerabilis judiciosissimusque Abbas, J.  
VALENT. ANDREAE, in Menippo pag. 12, 18, 19, 20.  
& pius SPENERUS in piis desider. pag. 144. Vid. Of-  
culum Theol. & Philologiae. Sed ad alia dum brevitati con-  
sulo, pergendum!

## Quaestio VII.

*De sacrarum literarum explicatione quid habendum statuis, num  
& haec simplicitati in suggestu observanda, est contraria?*

Resp. Explicatio textus nil aliud est, quam textus  
complicati evolutio, deductio, atque diductio; & quo-  
modo hanc simplicitati concionatoriae diceres ad-  
versam? Digladiantur inter se Viri Theologiam pro-  
fessi, quo tempore eadem sumpserit initium? Petrus  
Cunæus, Orientalium linguarum scientissimus, post  
reditum Israelitarum, ex captivitate Babylonica, eam  
censet introductam. *Sub priori templo (en verba ipsius)*  
*Lex recitata duntaxat à Levitis populo est, aut etiam*  
*domi, à singulis legebatur, interpretatio Magistrorum*

R

com.



commentatioque nulla erat. At, sub posteriore, oraculis cessantibus, receptum paulatim more publico est, ut verba Biblici contextus sensaque explicarentur. De Rep. Hebr. Lib. 2. cap. 17. Cui sententiæ doctissimus ac nominatissimus Joh. Lundius sese opponit, eandemq; si καθολικῶς seu universaliter accipiatur, patulo ore falsam enunciat. Wo diß (ait) von aller Erklärung zuverstehen / wie es Cunæus zuverstehen scheint / verhält es sich ohne Zweifel viel anders. Denn wäre das Gesetz bloß allein gelesen / wozu hätten sie diese besondere gelehrte und erfahrene Lehrer nöthig gehabt / wenn sie keine Erklärung hinzu gethan / und ihnen die Glaubens-Artickel aus dem Gesetz und dem Worte Gottes nicht vorgetragen und erkläret hätten? &c. Vid. Oeffentl. Gottesdienst der alten Hebr. in 8vo p. 1088. seqq. Sed neque hæc Lundiana omnibus sunt ad palatum. Citabo, ex multis unicum Dom. Jac. Frid. Reimmannum: Is, in anteloquio Richardi Symonii, Presbyteri congregationis Oratoriæ, in Gallia, Historiæ Criticæ, commentatorum præcipuorum V. & N. T. præfixo, ita fatetur: Es ist wahr / daß denen Juden / in ihrem Ausgange aus Egypten / das Wort des HERRN in Schriften übergeben worden: Es ist auch wahr / daß ihnen von dem Mose zugleich mit anbefohlen / dasselbe in ihren öffentlichen Zusammenkünften / öffentlich zuverlesen. Deut. 31, 9. seq. Es ist aber falsch / daß er ihnen befohlen darüber zu predigen / und es mit ihren Auslegungen zu erläutern. Und die Gründe / damit der Herr Joh. Lundius in seinen Jüdischen Heiligthümern L. IV, c. 9. §. 18. p. 765. das Gegentheil zu erhärten sich bemühet / die sind so unzureichend / daß sie auch so gar der zweiffelhaften Sache nicht den allergeringsten Sturz anzustreichen fähig sind. Der  
 liebe

tiebe Mann scheinet die Theologiam Theticam und Exegeti-  
 cam mit einander zu vermengen. Und da er l. c. beweisen wil/  
 daß diese zu der zeit der Stifts-Hütte und des ersten Tempels  
 im Gebrauch gewesen/ so geräht er unvermerck̄t auf jene / und  
 bearbeitet sich zuerhärten / daß die Priester und Leviten die  
 Glaubens-Articul aus denen heiligen Schrifften vorgetragen  
 haben. Et interjectis nonnullis: Die Frage ist hie nicht/  
 ob die Jüdischen Lehrer die Haupt-Stücke ihres Glaubens  
 weyland aus denen H. Schrifften bewiesen sondern ob sie die H.  
 Schrifften nach denen Principiis Exegeticis und Hermeneuti-  
 cis damahls erkläret/ und in ihren öffentlichen Zusammenkünften  
 einen gewissen Text ausgesuchet/ uñ denselben vor den Ohren des  
 Volcks erläutert? Und dieses ist es/was wir an unserer Seite zu  
 bejahen noch biß dato Bedencken tragen. Pag. 8. 9. Tandem in  
 hac definit, Theologiam metaphrasticam & exegeti-  
 cam, post egressum Israelitarum ex captivitate Ba-  
 bylonica, esse subortam. Verum enim vero de hocce  
 puncto pluribus nunc agere, haud vacat; mihi id  
 tantummodo ostendendum, sacrarum litterarum  
 peritiores fusioresque elucidationes nil derogare sim-  
 plicitati cathedrariæ. Quod equidem non probabo  
 exemplo Phariseorum, qui legis interpretes, suâ ex-  
 titisse tempestate, apud omnes in confesso; quocir-  
 ca etiam Paraschim sunt vocati, à Parasch, quod idem  
 ac interpretari, exponere, explanare. Vid. Thomæ.  
 Goodivvini Mosen & Aaron. pag. 77. Ut neque exemplo  
 modernorum Judæorum. Nam quantumvis illi rari-  
 uscule conciones ad populum instituant; tamen, cum  
 instituunt, unum atque alterum Scripturæ locum ex-  
 planare solent. *Quando concionem habent, ita Leo*



de Modena, totus cœtus confidet, qui concionem factur-  
 us est, operit caput suo Talles, quamvis id non semper  
 observetur, & adstans rō Almemor seu suggestui, ora-  
 tionem suam orditur à lectione loci alicujus Scripturæ,  
 quem pro נושא seu subjecto & Argumento ejus ponit;  
 deinde subiungit dictum aliquod Rabbiorum, quod מוסר  
 Maamar vocant; horum occasione eligit aliquod the-  
 ma, quod sit lectioni prædicta conforme, de quo dein pro-  
 lixius differit, variaque eam in rem Scripturæ loca, &  
 auctoritates Rabbiorum adducit &c. Vid. Buxtorffii Sy-  
 nag. Cap. 16. p. 331. Sed hisce exemplis meam, uti dixi,  
 sententiam confirmare haud allaborabo. Fortiora  
 ad sunt & cogentiora. Quæ istæ? inquis.

I. Exemplum Salvatoris nostri mellitissimi. Et  
 ante mortem & post mortem; & in statu exinani-  
 tionis & in statu exaltationis is ipse sacratiores Scri-  
 pturas legitur interpretatus. Ante mortem, in statu  
 exinanitionis. Cum enim Nazarethum aliquando,  
 ubi nutritus erat, veniret, & ut consueverat, die Sab-  
 bathi, in Synagogam intraret, surrexit ut legeret, i.e.  
 petivit sibi dari librum sacrum. Dato Esaiæ libro,  
 explicuit illum (in formam namque Cylindri erat  
 convolutus) & sive de industria quæsitum, sive spon-  
 te, gubernante sic divina providentiâ, oblatum in-  
 venit locum, qui extat, in principio cap. 61. prophe-  
 tiam de officio Christi prophetico, & consequenter  
 etiam de sacerdotali & regio, in se continens. *Spiri-  
 tus Domini super me &c.* post locum inde perlectum,  
 com-

complicuit Volumen, & Ministro seu Librorum Sacrorum custodi è vestigio, reddidit. Quo facto confedit & perlectum textum copiosius enucleatiusque suis proposuit Auditoribus: *Hodie*, inquit, *impleta est hæc scriptura*, ἐν τοῖς ὦσιν ὑμῶν, *in auribus vestris*, i. e. coram vobis audientibus. Et omnes ei dabant testimonium, ac mirabantur super sermonibus gratiosis, qui procedebant ex ore ipsius, dicebantque: *Nonne iste est Filius Joseph?* Luc. 4. Ex quo haud obscure apparet, plus Christum locutum, quàm ab Evangelista Luca scriptum ac annotatum. Bina hic, ἐν ἐπιτομῇ subjungere placet. 1. Judæi in suis synagogis legerunt aliquem textum vel ex Mose, vel ex Prophetis; lectumque interpretatione ac commentione illustrarunt. 2. Lectio à stantibus, interpretatio facta est à sedentibus. Qua de causa etiam adhuc hodie inter Lutheranos, consuetudo obtinet, ut populus lectionem stando, explicationem vero audiat sedendo; Verbo quippe divino ista debetur reverentia, ut vigilanter audiatur atque devote; in expositione autem & explanatione non æque ut parem, cum verbo tribuamus Autoritatem adstringimur. Conf. D. Joh. Winckelmanni Comment. in Luc. p. 231. Spectat huc cap. V. Matthæi, ubi Christus, Gigas geminæ substantiæ, legem Mosaicam falsis interpretamentis depravatam corrigit, & verum genuinumque ipsius sensum instaurat. Post mortem, in statu exaltationis, duobus Viatoribus Emaunticis itidem Scriptu-



ras V. T. explicuit. A Mose auspicabatur, quia is est fons & Pater omnium librorum, & progrediebatur ad Prophetas, ex singulis, pro testimonio mortis & resurrectionis suæ, quid depro-mendo. Fortean enarravit, quid in Genesi sibi velit vinctus ille & immolandus Isaac; captivus & exaltatus Joseph; In Exodo, transitus per mare rubrum, mactatio agni paschalis; In Levitico, quid sibi voluerunt sacrificia; In Numerorum libro, quid serpens æneus? quid mors summi Sacerdotis? Et sic ulterius.

2. Exemplum Spiritus S. Quotiescunque is statim sine mora, explicationem dictis atque enunciatis subjunxit? utpote Matth. 1, 23. *Ecce! Virgo quadam uterum feret, & pariet filium, & vocabis nomen ejus Emmanuel, quod est, si interpreteris: Nobiscum DEVS.* Item Marc. 7, 34. Christus suspiciens in coelum, ingemuit, dixitque: *Ephata!* quod est: *Adaperitor!* Porro Matth. 27, 46. circiter horam nonam exclamavit Jesus magna voce, dicens: *Eli, Eli, lama sabachthani, hoc est: DEVS meus, DEVS meus cur deservisti me?* Sic Joh 2, 21. quando Christus de templo loquitur, confestim addit Spiritus, de quo templo ipse loquatur, sc. *de templo corporis sui*: Tandem quid per odoramenta *Viginti quatuor seniorum*, Apoc. 5, 8. sic accipiendum, e vestigio exponit, videlicet *preces sanctorum*. Exquisite igitur Hieronymus: *Mos est Scripturarum* ( seu Spiritus S. per scripturas loquentis ) *obscuris manifesta subnectere, & quod prius sub anigmatibus*

*tibus dixerat, aperta voce proferre. In Es. XIX.*

3. Exemplum Apostolorum. De Philippo constat, quod ipse Esaiam Aethiopi Eunuchō explicaverit. *Rogo te, sic Profelytus ad virum DEI, de quo Propheta hoc dicit? De se ipso, an de alio?* Tum Philippus aperiens os suum, & incipiens à Scriptura ista, *evangelizavit ei Jesum.* Actor. 8, 34. 35. Egregia profecto sunt, quæ hanc in rem protulit quondam doctissimus Dn. Casparus Carpentir. Der Kämmerer wuste wohl / ( ita ipse ) daß das Lesen ohne Verstand ein unverständig und unnützes lesen wäre / und deswegen fragte er nach dem rechten Sinn dieses Orts. Aber wen fragte er? Nicht sich selbst / oder seine Hausgenossen in Mohrenland / sondern Philippum, welches Amt auch war die Heil. Schrift auszulegen / und die Unwissende in den Wegen des HERRN zu unterweisen. Sehet / wann Gottseligen Leuten Streitigkeiten in Glaubens-Sachen und Gewissens-Fälle vorkommen / so gehen sie zu rechtmäßigen und recht-sinnigen Lehrern; damit sie von denselben Rath und Unterweisung erlangen mögen. Also thäten auch die Juden. Sie fragten den Mund des HERRN um Rath / sie lieffen zur Hütten des Bescheids / sie giengen zu den Priestern / als zu ihren Vätern und Raths-Herren. Mal. 2, 7 Deut. 17, 9 1. Reg. 22. So kamen auch die Jünger zu Christo / um Auslegungen / von seinen Parabolē / Matth. 13. Von dem Scheidbrieff Moses / Marc. 10. und von dem Blindgebohrnen / zu holen. Joh. 9. Die Ursach dessen ist / damit man wisse / wie GOTT dieselbige zu Auslegern seines Gesetzes / und zu Verkündigern seines Wortes gestellet hat. Eph. 4, 11. 12. Luc. 16. Vid. Homil. ejusd. in Hist. de conversione Aethiopsis, per Philipqum pag. 4.

4. Quia Scriptura S. determinat, quomodo exposi-



positiones sint instituendæ. *Omnia interpretatio, dicit, fidei sit analogia.* Rom. 12, 6. Per analogiam fidei nonnulli symbolum Apostolicum intelligunt; Alii prima religionis axiomata; Alii dilucida & manifesta Scripturæ loca, in quibus clavis atque perspicuis verbis articuli fidei proponuntur. Quicquid hujus rei sit, id manet extra controversiam:

1. Interpretationem Scripturæ S. dari.
2. Interpretationem locorum obscuriorum, ad clariora esse exigendam.
3. Interpretationem primis fidei axiomatibus contrariam, ceu spuriam, & heterodoxam esse rejiciendam.
5. Quia donum interpretationis non omnibus est commune. *Num omnes interpretantur?* ita Apostolus I. Cor. 12, 30. Ac iterum: *Quod si quis non est interpret, taceat in Ecclesia, sibi ipsi vero loquatur* & DEO, I. Cor. 14, 28. Dantur proinde viri interpretativi ac explicativi.

### Objectio Abyssinorum.

*An putabimus, Predicatores nostros melius quid, vel S. Scripturâ, vel Homiliis Patrum primitivæ Ecclesiæ, dicere posse? Num illorum dicta DEI verbo efficaciora crederemus? Annon vereremur, ne ejusmodi Concionatores aliquid proferant, quod analogia fidei adversum & animarum salutem, præsertim apud rusticos & plebejos, periculosum fuerit. Vid. excell. Ludolphi Hist. Aeth. cap. VI. § 59. Tria hic deprehenduntur, ad quæ strictim respondendum:*

1. *Præ-*

## I.

*Prædicatores non possunt melius quid dicere, quam id, quod jam in scriptura, literarum monumentis est consignatum.*

Resp. Non melius quid, fateor; interim tamen clarius quid, apertius quid, dilucidius quid. Scriptura S. sua habet *δυσκρίτα* sua *ἄλυτα*, nec ubique pariter lucet. Præter cibum & potum exhibet etiam delicias. Ex verborum itaque ordine, ethymologias, proprietatibus, vocabulorum viribus &c. sensum ejusdem venari fas est.

## Urges.

*Lutherani adversus Papistas Scripturam S. in iis, que ad indispensantiam æternæ salutis sunt necessaria, claram dicunt atque perspicuam.*

Resp. Sic est! Sed numne ex hoc inferis: Ergo omnis interpretatio & commentatio est nulla? Quod sine interpretatione ac commentatione mediocriter intelligitur, id per interpretationem ac commentationem tanto facilius, certius, ac perfectius intelligitur. Præjudicia affectus, aliæque veteris Adami perversitates non raro sunt in culpa, ut ibi cœcitas, ubi nil nisi claritas ac perspicuitas. *Evangelium τὸ ἐστὶν obscurum*; pereuntibus sc. 2. Cor. 4, 3. Et ut stolidi ista mulier, apud Senecam, obtenebrari solem quiritabatur; sic multi, oculis capti, Scripturam obscuritatis insimulare haud erubescunt. Propter rudiores igitur divina oracula interpretationibus sunt expli-

explicanda. Addo: Ea, quæ bene sunt percepta, tanto rectius in homiliis applicantur; sensus quippe non duntaxat est ostendendus, sed & usus. Emanantia à sacrarum literarum medulla, ob oculos sunt sistenda. Sed satis de his! Finiam verbis sæpius citati Dn. Rogers: Obgleich das Wort ein Licht ist / muß es doch angezündet / das ist / eröffnet / und erklärt werden / den verlohrenen Groschen desto besser zu finden. Dieses soll unsere Anmerkung hierüber seyn / und wird uns abgebildet im 4. B. Mos. 8, 1. 2. 3. Durch das Anzünden der Lampē / welches von denen Priestern geschah / daß sie angezündet wurde / bedeutet das / was wir jetzt gemeldet. Und daß die eine Lampe neben der andern angezündet ward / zeigete die Offenbarung und Erklärung eines Spruchs durch den andern / durch die Gegeneinanderhaltung eines Orts gegen den andern. Die mittelste Lampe / so angezündet ward von dem Feur des Altars / bedeutete / daß der Brunquell alles Lichtes und aller Erkenntnis von Christo komme / welcher hat die sieben Geister Gottes Apoc. 13, 1. Vid. ejusd. Wahrhaftig- bekehrten Sünder / p. 344.

2.

*Prædicatorum dicta verbo dominico non sunt efficaciora.*

Resp. Hoc largiter admitto. Sed numne ideo sequitur: Ergo penetralia non sunt aperienda? Ergo obscuriuscule dicta non sunt illustranda? Ergo aurum alte defossum non est eruendum? Consequentias non omnis Corydon destiva advertit; Ostendantur itaque necesse est, ab iis, quos Spiritus S. in Ecclesia, fecit Doctores & Pastores.

3.

*Interpretamenta sæpe obsunt & ad noxia pertrahunt. Homines, cum sint expositores, facile humana possunt pati, h. e. errare,*  
con-

*contraria ac pugnancia proferre, in analogiam fidei arietare &c.*

Resp. Bis egregie Tertullianus: *Non ideo & cibi damnabuntur, quia operosius exquisiti in gulam committunt; nec vestitus ideo accusabuntur, quia pretiosius comparati, in ambitionem tumescunt; Sic nec matrimonii res ideo despiciuntur, quia intemperantius diffusa in luxuriam inardescunt. Multum differt inter causam & culpam; inter statum & excessum.* Lib. 1. contr. Marc. p. 166. *Non illico res est mala, quam casu contingit esse perniciosam. Si omnia, quæ aliqua occasione, ab utentium vitio nocent, de medio essent tollenda, nec homines diutius superarent; nam unde plus homini, quàm ab homine, mali? Siquidem lupus est homo homini. Juvat audire, quæ hac super re, Franciscus Lambertus Avenionensis, sua protulit ætate: *Miror quorundam ingenia (do verba ejusdem) qui contra judicium Spiritus Dei sanos audent reprobare commentarios. Nam, quid refert, scripto an voce prophetes? ajunt, satis abundeque fidelibus esse puros bibliorum textus. Jam si satis est, cesset omnis prophetia tam vocis, quam scripti: Nemo per epistolam fratres doceat, aut consoletur, si prophetia vocis est bona, quare non itidem prophetia scripti? si nec Martinus, nec quisquam nostrum aliquid scripsisset, quomodo, obsecro, tam multis innotuisset veritas DEI? tr. 5. c. 31. opponunt quidam, commentarios; maxime si multiplicentur, à Scriptura textibus avertere. Sed (1.) sani & pii ac clari in DEI scripta**

commentarii nunquam Ecclesia nocent. (2.) Quo plures sunt, eo major accedit ecclesia utilitas. (3.) Per eos nemo à Scriptura præpeditur aut retrahitur, sed magis ad eam invitatur. (4.) Oves Christi agnoscunt vocem; quo fit, ut interpretationum varietas eis nocere non possit. c. 32. 33. cum in eorum lectionem incideris, adhibe perpetuum censorem, spiritum DEI, ut sc. ex testimonio ejus, quod est verbum DEI, de universis judices c. 34. versio (Scriptura) non est ab uno solo tentanda, sed à compluribus; & id quidem cum perpetuis comitibus, oratione atque meditatione. Vid. Comment. de Prophetia. c. 35. 36. 37. 38. 39. tr. 3. c. 3. tr. 4. c. 24. Nulla profus sequela: Possunt errare viri interpretativi, ergo hic & nunc actu errant? Ex parte utique cognoscunt & prophetant, nam ille, qui secundum certam omnibus distribuit mensuram, multa sibi reservavit, ut semper nos habeat sibi discipulos; sed ex hoc tamen concludi nequit: Ergo nunquam non cespitant; nunquam non hallucinantur. Addo istud Paulinum: *Omnia probate, & quod bonum est, tenete.* I. Thess. 5, 21. Addo & hoc: *Spiritalis homo, omnia dijudicat, ipse vero à nemine dijudicatur.* I. Cor. 2, 15.

### Quæstio VIII.

*Simplex exedra, numne pura puta vocabula exigit biblica?*

Resp. Fides non est verborum; sed genuini sensus verborum. Qua de causa etiam ne scriptores quidem *ἑτεροεῖς*, rem eandem, iisdem semper vocibus, in eadem linguâ exposuerunt. Greg. Nazianzenus istos, qui

quiusque adeo scripturæ S. adhærent, ut nihil velint  
 admittere, nisi quod verbotim in illa extat, *Sycophan-*  
*tas vocabulorum* vocat. Orat. VI. de spir. S. De Alexan-  
 dro M. memoriæ proditum est, ad oceanum cum  
 contenderet, eum Barbaros maritimos interrogare  
 jussisse, quàm procul abesset mari? Barbari respon-  
 derunt, nullum se mare, ne famâ quidem accepisse:  
 Cœterum, tertio die perveniri posse ad aquam ama-  
 ram, quæ corrumpet dulcem. Ex quo intelle-  
 ctum, mare destinari, ab ignaris naturæ ejus. Curt.  
 Lib. 9. Tantundem, credas, erit, sive dixeris vinum,  
 sive fructus vitis; sive Christus, sive DEI & Mariæ Fi-  
 lius. *Sunt*, ita pereleganter Danhauerus, qui, cum  
*dicta scriptura catenatim coherentia effundunt, se quam*  
*purissime* *λειτουργία* divina prædicasse putant; Illos Musco-  
 via audiat, ubi nefas textus biblicos, è suggestu explica-  
 re; Eandem ajunt virtutem esse in verbo DEI, quæ fuit  
 olim, cum à divinis viris ederetur, assō *et* simplici sen-  
 su intelligendum; Hac arte religionis constantiam *et*  
 symphoniam retineri; At vero, hac ratione spiritus ex-  
 tingui, charismata illius relegari, Doctores Ecclesia  
 nulli esse jubentur. Theol. Consc. Tom. I. p. 428. Salu-  
 tare profecto monitum, quod jam jam nominatus  
 Franc. Lambertus suppeditat: *Viderit Homilista, ne*  
*eorum amuletur ingentium, qui, ut præcæteris spirituales*  
*videantur, id solum agere videntur, ut multa undelibet ex*  
*divinis scripturis consarcirent; quasi omnia ipsorum*  
*scripta DEI purissima essent eloquia, interim parum ob-*

*servantes, an, quæ ex DEI scriptis assumunt, suis assertionibus congruant, vel non. Vid. Comment. de Prophet. Tract. 5. Cap. 33.*

### Quæstio IX.

*Diversarum interpretationum sententiarumque fusior ac copiosior recensio, decetne cathedram simplicem?*

Resp. Dedecet. Nam

1. Non fit ad ædificationem; sed ad variæ multijugæque eruditionis ostentationem. Inaniter se talis Ecclesiastes jactat, atque mercedem suam sic abstulit.

2. Rudis plebecula inter Paulum & Augustinum, Petrum & Chrysostomum discernere nequit; Facile pro tritico etiam arripit paleam.

3. Tantum abest, ut difficultates hac ratione tolerantur, ut potius augeantur, Auditoresque incerti incertiores reddantur. Præstat igitur unicam & optimam proponere sententiam, eandemque ex textus confirmare visceribus.

### Quæstio X.

*De terminis exoticis, latinis, grecis, hebraeis, gallicis, italicis &c. quid ais? num & hi simplicitati officiant ecclesiasticæ?*

Resp. Utique; sed excipio, qui civitati jam sunt donati & nemini facile ignorati. Cachinnum excitaret, qui pro voce Natur diceret, die Zeuge-Mutter aller Dinge; pro voce Materia, der Stoff einer Sache; pro voce Clavi Cordium ein Herzens-Schlüssel; pro voce Fenster/ein Tagesleuchter; pro voce Courante ein Schritt-Lauff; pro Courante simple, ein einfältiger oder einfacher Schritt-Lauff; pro Magnet, ein Seegel-Stein; Pro Compas ein See-

See-Zeiger; pro studiren/ der guten Künste sich befeisigen. Alia autem obtineret ratio, si quis Christum Salvatorem nostrum gloriosissimum, pro concione appelleret: Duc de Jerusalem; Duodecim Apostolos, die 12. Ambassadeurs; Majestatem DEI, signoriam; Vitam æternam, Portum bonæ sperantze. De Cardinali Bembo refert Hottingerus, in Analectis, pag. 22. pro Spiritu Sancto eundem substituere solitum, Auram Zephyri cœlestis; & pro eo, quod nos dicimus remissionem peccatorum indipisci, DEOS superos, Manesque placare: Paulus Cortesius, vir alioqui non ineruditus, multum etiam sudasse creditur, ut tandem ineptiret magis. Pro Ecclesia ubique dicere; Senatus; pro Legibus ecclesiasticis, Senatus Consulta; Pro prædestinatione: Præsignatio; pro Sacerdotum ordinatione, Inititatio; Pro Angelis, Genii; pro Episcopis, Flamines, & id genus plura alia. Ast hæc à sacra pergula longissimè absunto. Devotionem quippe Audientis suffocant & Majestatem verbi cœlestis prostituunt. Incidi nuper in scriptulum, cujus frons: Aufrichtige Erwegung der Erläuterung Fürstl. Mecklenburgischen Kirchen-Ordnung/ so 1708. publiciret. Autor paginâ nonâ, in subsequenter descendit episcrisin: Gar löblich wird cap. II. n. I. verordnet / daß die Vesper mit lauter teutschen Gesängen/ und Lectionen gehalten werden soll. Dem cui bono soll das Latein aus dem Pabsthum länger gedultet werden/ da die Gemeine nicht weiß/ was gesungen/ob gebetet oder gefluchet wird; so daß Unwissende vielmehr verdriesslich und irre gemacht werden. Gleiche Bewandniß hat es mit den halb Latein und halb Teutschen/ oder mit Latein

tein untermengten Gesängen. Ja/ es ist dieses ärger/ als wenn durchgehends Latein gesungen wird/ indem hier die Gemeine mit singet/ etwas nehmlich das Teutsche. Verstehet/ etwas wieder nicht/ nehmlich das Latein/ auch wohl gar das Teutsche nicht einmahl alles verstehet/ weil das Haupt- Wort zu weilen Latein ist/ v. g. Ubi sunt gaudia, nirgends mehr denn da! wer weiß alhie/ worauf das nirgends mehr denn da gehet/ oder was er singet/ das nirgends mehr denn da sey? Und ich weiß nicht/ was die gemeinen unverständigen Leute/ in dem Gesange: In dulci jubilo, vers. 2. aus Trahe me post te, vor Pasteren, vers. 3. aus nostra crimina, vor Carmina, und nicht weniger in dem Gesange/ wie schön leuchtet der Morgen-Stern/ vers. 2. aus Liliū vor ein Iliū, oder Milium, vers. 3. aus gratiosa vor graculosa, oder andere ungereimte und abgeschmackte Dinge mehr machen. cap. 2. n. 1. Ex eadem ratione termini peregrini, in homiliis, sollicitiori opera sunt devitandi. Crucem namque figunt Auditoribus, & hiantes ac suspensos tenent eosdem. *Si incertum sonum tuba dederit, ita Apostolus, quis apparabitur ad bellum? ita & vos nisi per linguam bene significantem sermonem edideritis, quomodo intelligetur, quod dicitur? Eritis enim in aerem loquentes.* I. Cor. 14. 8. 9. *Maledictus pronunciat' is, qui frumentum abscondit, quo corpus alitur.* Proverb. II, 26. Multo magis, qui vel sub latini, vel græci, vel gallici, vel italici, &c. sermonis velamine abscondit frumentum, quo anima potest nutriri. *Sapientia abscondita, & thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque?* Sic quæro cum Syracide, cap. 20, 31. Audiatur iterum Franc. Lambertus, cujus piis ac emphaticis verbis præsentem,

sentem quoque ob signabo tractationem: Latine, inquit, aut alia peregrinâ linguâ, nihil inter prophetandum, loquaris coram populo, nec textus sacros alia, quam vulgi lingua pronuncies. Si autem adsit causa exigens, ut unum & alterum verbum loquaris peregrino idiomate, sic age, ut nemo cogitet, te alioqui id fecisse, quam majoris fructus & gloria DEI causa. I. Cor. 14, 5. 13. 19. 27. Ad quid enim latina, aut lingua peregrina, ubi non est interpretatio? Quâ vanitate & nos multis seculis laboravimus. tr. 5. 5. c. 8. 9. 17. Quod si omnino quisquam vult loqui linguis in ecclesia, quæ sunt V. T. hebraicè: Quæ sunt N. gracè pronunciet; modo aut ipse, aut alius idem interpretetur. Non reprobarem, si ita fieret, imo laudarem; modo non verbotim, sed sensus plenus, absque superflua vocum observatione traderetur. Sincerus autem fuerit, si omnia vulgi lingua peragantur; facile enim seducit mentem linguarum curiositas. c. 20. Profecto nulla est sub cælo lingua, in qua non possint exactissime annunciari eloquia DEI. Nam si possunt, quæ conceperunt sic exprimere, ut capiantur, satis est ad prophetiam. Nonne possunt homines cujuscunque linguæ negotiari, docere, reprehendere, & similia cuncta facere, cum propria lingua? Vere si omnia expendimus, non nisi ad superbiam & vanitatem pertinet. Heu mihi peccatori, qui hæc scripsi, qui toties hæc in re aberravi! l. c.

### Quæstio XI.

An similia sacris immiscere adlocutionibus fas?

Resp. Fas. Voco autem, ne nescias, similia duorum

T

rum

rum aut plurium longe diversorum, in aliqua re collationes V. g. Oculus & ratio sunt diversissima; in hoc tamen conveniunt quod oculus corpus ratio autem animum gubernet. Tempestas & seditio non sunt idem, in hoc tamen conspirant, quod tempestas navi; seditio autem periculosa sit Reipublicæ. Umbra & gloria differunt, in hoc tamen datur conformitas, quod umbra corpus, gloria virtutem comitetur. Qua de causa etiam Parens eloquentiæ dixit: *Gloria virtutis umbra*. Dispersi solent in explicita & implicita; perfecta & imperfecta. Illa nuncupantur, quæ *ἁποδοσει* constant & *ἀποδοσει*; Hæc quæ destituuntur alterutro. Licite in concionibus usurpamus ea. Nam

1. Ad docendum rudes mirè sunt idonea. *Melius, ita suavissime Nonnemo, per similitudines docetur, populus, quam per syllogismos.* Zepperus simpliciorum eas appellavit *perspicilla*. Lib. 2. Polit. ecclesi. cap. 7 p. 397.

2. Scriptura S. usque adeo iisdem est referta, ut non deflecteret à veritatis orba, qui illam unam perpetuam parabolam (multiplicata similia) iret appellatum. Ubique enim res spirituales, cœlestes, æternas, vocabulis rerum corporearum, terrenarum, temporariarum, videas exprimi. Canticum canticorum, fidei & religionis Christianæ medullam, si placet, inspicere; Lamentationes itidem Jeremiæ; Cap. 13. Matth. Joh 3, 12. & dictis fidem facies. De similibus N. T. id carptim subnectere liceat: Deprompta sunt vel à rebus physicis. Sic DEUS Pater vocatur Lux, Agricola &c. Christus Vitis, Ostium, Sator, Agnus,

Agnus, Leo, Petra &c. Spiritus S. Ignis, Ventus, Aqua &c. Vel à rebus V. Test. Sic Christus arbor vitæ nuncupatur; Manna; Primitiæ inter eos, qui dormiunt. Eleemosynæ sacrificium vocantur Phil. 4. &c. Vel à ritibus Judaicis, qui tempore Christi erant in usu. Spectat ad hanc classem simile de quinque virginibus; de pueris saltantibus in foro &c. Vel à populis Orientibus. Matth. 5, 41. extat verbum ἀγγαπέυα; Quid istud sibi velit, disputatur. Persis Angari dicti sunt tabellarii regii, literas sibi invicem perferentes; certis namque itinerum spaciis mutabantur. Pro onere etiam usurpatum est ἀγγαρον, unde ἀγγαπέυειν, quod idem ac ad tale ministerium aliquem compellere. Ἀγγαπέια est invita & coacta feruitus, cum quis vi ad currendum, vel opus portandum adigitur. Beza in versione latina retinuit Persicum *angariare*, idque ideo, quia primo Ulpianus id non repudiavit, secundo, quia latinum nullum invenire potuit, quod satis vim istius exprimeret.

3. Singularem vim illustrandi habent, animosq; audientium voluptate quadam demulcent. Recte Quintilianus: *Ad inferendam rebus lucem sunt inventa*. Lib. 5. c. 11. & quod flosculi in prato, distincti colores in tabula, gemmæ in annulo, id ipsum similia sunt in locutione. Cur igitur Orator ecclesiasticus iisdem non uteretur? *Est quibusdam id, sive innatum, sive datum, ut dextre spiritualibus, terrena adaptent, sic pereleganter Bocole.* Cavendum autem



1. *Ne nimis frequenter id faciant.* Scio, ambitiosis ingeniis nullus placet sermo, nisi tropis ac figuris undique, velut lepuscus aliquis lardi segmentis fartus probe cumulatusque fuerit? Ast enim vero ornamenta omnia, si immodice usurpentur, non jam ornamenta sunt, sed lenocinia; neque orationem exornant, sed mentis vitium revelant. De Alcidas oratore ita Isocrates: Οὐχ ἰδύμασι χρῆται, ἀλλ' ὡς ἐδέεσθαι, τοῖς ἐπιθέτοις, *utitur epithetis, non velut condimentis, quibus appetitus excitatur; sed velut alimentis.* Rhetor. Lib. 3. cap. 3. Quod ipsum universe, in troporum schematumque usu, Oratores ecclesiasticos reddere debet cautiores.

2. *Ne sumant ab iis, quae Auditoribus sunt ignota.* Optime Clauberg: *Requiritur ad similia, ut clariora sint re illustranda; clariora, inquam, illi personae cui erudienda adhibentur, ut aliis etiam omnibus notiora sint, non desideratur.* Cum ergo auditorum & lectorum duplex genus sit, aliud acromaticorum, aliud, & quidem plurimum, exotericorum, illis à sensibus mentem abducentibus intellectualia, his corporeis rebus & crasso concipiendi modo assuetis sensualia similia magis conveniunt. Log. pag. 202.

3. *Ne sint levia, sordida, insulsa, ridicula, scurrilia, absona, absurda, cassâ nuce inaniora &c.* Consulendum rerum sacrarum dignitati. Alte & judicasse vir longe eruditissimus Joh. Clericus: *Rhetores docent, diligenter cavendum, ne tropi ex humili nimium,*

aut

aut audientium aures offendente petantur. Cum adde-  
re debeant orationi majestatem, eam contra minuerent,  
si essent petiti è rebus humilioribus iis, à quibus petun-  
tur voces propria. Efficerent, ut res per se magna, mi-  
nores viderentur, earum loco substitutis minoribus ima-  
ginibus, quod scopo Oratoris adversatur, nisi in contra-  
riam partem, vellet res magnas deprimere. Quoniam,  
ait summus & Orator & dicendi magister, hæc vel  
summa laus est verbi transferendi, ut sensum feriat id  
quod transitum sit, fugienda est omnis turpitudine earum  
rerum, ad quas eorum animos qui audient trahet simi-  
litudo. Nolo morte dici Africani, castratam esse Rem-  
publicam; nolo sterco Curia dici Glauciam. Quam-  
vis sit simile, tamen est in utroque deformis cogitatio  
similitudinis. Art. Crit. pag. 457. Certus Homileta pa-  
rabolam de quadruplici agro enarrans, cum acriter  
& instanter urgeret, cordis, quo pinguesceret & fer-  
tilior fieret, agrum bene esse stercoandum, in has  
tandem erupit voces: Das erste Fuder Mist / womit der  
Herrens-Acker zu düngen / muß seyn der Glaube; das andere  
die Liebe; und das dritte die Hoffnung. Sed hæc, & hu-  
jus generis alia, vel furcillis è sacro ejicienda sunt sug-  
gestu. Ad risum stultum movent Auditores, & re-  
rum sacrarum majestati detrahunt quam maxime.

4. *Nec tumida sint & à remotis desumpta.* Ho-  
ratius navem *Sylva filiam* dixit nobilem, quod tumi-  
dius & audacius dictum arbitror. *Ita non convenit*  
(sunt verba Zeidleri, in Rhetorica eccles.) *Christum*

vocare *Serenissimum*, quia hæc metaphora à sereno aere petita quidem ad reges seculares transfertur: à Christo autem, spirituali Rege, satis remote abest. pag. 313.

5. *Nec omnia, quæ rem circumstant, in medium sunt producenda.* Obstetricis munia, quando simile de muliere affertur parturiente sigillatim recensere, nefas; nec Venatorum voces, quando de Venatoribus, rhetoricum petitur schema, in pulpito ita expresseris, ac in campo aperto. Sed de hac re satis superque. Unicum coronidis loco adhuc subicere placet: *Numne necesse, ut in similibus semper adsit veritas?* De vacuo, ita non pauci, similitudo non competit: & de nullo parabola non convenit. Res prius extare debet, quàm ut possit translationem pati. Si risus & lætitia, in homine non esset, ad segetes & prata ea transferre non liceret. At enim vero placet responso Jo. Claubergii, SS. Theol. & Philos. Profess. *Ficta etiam (sic ipse) sæpenumero utiliter adhiberi similia, perinde ac si ficta non essent, e Christi parabolis nonnullis, & plurimis aliorum apologis & fabulis satis manifestum est. Nec tamen ulla, dum hæc fingimus, falsitas admittitur, cum id à nobis fiat intellecta quadam conditione. Nulla vero conditio aliquid certi statuit; sed tantum ostendit, si hoc existat (sive possibile, sive impossibile sit) illud consequi debere.* Vid. Log. pag. 203. Confer. etiam Arnoldi Geulinks Logicam restitutam pag. 451.

Quæst.



## Quæst. XII.

*De allegoriis quid putas, num & istas sacer Orator, salva simplicitate ecclesiastica, in pulpito tractat?*

Resp. Diversiloquium seu alieniloquium vox allegoriæ signat. Conflata ex ἄλλο aliud & ἀγαρεύω dico, quia ut scite Julius Cæsar: Ἄλλο ἀγορεύει, ἄλλο δε νόει, aliud sono prætendit, aliud sensu intendit. Usus est hac notione Gentium in fide magister, cum ait: Ἄτινα ἐστὶν ἀλληγορούμενα! *Hæc per allegoriam dicta sunt.* Gal. 4, 4. Καταχρηστικῶς allegoriæ vox pro typo h. l. accipitur, quemadmodum & vox τύπος, per καταχρήσιν usurpatur, quando idem Apostolus dicit: Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν; *Hæc typi nostri fuerunt,* 1. Cor. 10. Nam pœna Israelitis inflictæ typus proprie ficti-ctus non fuit; sed exemplum duntaxat, sive admonitio, curam nostram sollicitans, ne eadem, qua dicti Israelitæ, ratione, in DEUM peccemus, simili-que cum ipsis modo plectamur & pereamus. Subfannat hæc Bellarmini Hyperaspistes, Gretserus, & quærit: *Cur ergo non dicit Apostolus: Ἄτινα ἐστὶ τυπόμενα?* & paucis interjectis: *In verbo ἀλληγορούμενα, κατάχρησις est inquit Calvinista; sed cui potius credendum Witakero, an Paulo? qui diserte dicit: Quæ sunt per allegoriam dicta; non dicit, per typum.* Verum enim verò mox respondens subdit: *Quanquam allegoria & typus unum idemque hic, communi ecclesiasticorum scriptorum usu, significant.* Defens. Bellarm. Tom. 1. cap 3. Lib. 3. p. 183. En! sic Penelope texuit telam, ac retexuit.

Quod

Quod si enim typus & allegoria h. l. coincidunt; ergo tantundem fuerit, sive Apostolus dixerit: Ἄτινα ἐστὶν ἀλληγορούμενα, sive ἄτινα ἐστὶ τυπώμενα, quod tamen antea valentissime inficiebatur mordax Ignatista. Alias autem inter hæc duo Typum sc. & Allegoriam, non parum à Viris Theologis adduci solet discriminis. Allegoria latius patet, & per quascunque diffunditur materias; Typus vero ad certa quædam capita de Christo & Ecclesia contrahitur. Typus divinam habet originem, ut proin haud semel mirari subierit, quo colore, typos, in innatos & illatos huc usque dispescuerint multi. Eopse enim, quo Scripturarum autoritate typi destituuntur illati, pro veris & genuinis minime possunt haberi. *Neque satis ad typum est* (sunt verba celeberrimi Heideggeri) *ut res aliqua in Scriptura extet; sed necesse est, ut ea pro typo declaretur.* Ad representandum enim mysterium, institutione & ordinatione ejusdem, à quo mysterium pendet, opus est; ideo homines, quando typos DEI fecerunt, facile eo prolapsi sunt, ut mutare gloriam incorruptibilis DEI, in imaginem, similem hominis corruptibilis & volucrum & quadrupedum Rom. I, 23. Vid. Medull. Theol. pag. 290. Allegoria autem plerumque originem habet humanam. Typus in factorum collatione consistit; allegoria non tam in facto, quam in concionibus & verbis occupatur. Ex quo evidenter patet, typum & allegoriam non esse vocabula pari passu ambulantia; sed magnam inter ea dari differen-

ferentiam. Verum enim vero, quantumvis hæc ita se habeant, & extra omnem dubitationis licentiam sint posita, allegoriæ tamen notio haud raro tam late accipitur, ut typos quoque suo ambitu comprehendat; qua de causa Benedictus Aretius; *Theologi*, inquit, *in sacris literis typos etiam appellant allegorias. Ita historia de æneo serpente allegoricè de Christo explicatur. Historia Jonæ de morte & resurrectione Christi. Vid. Protheor. Theol. part. 2. pag. 595. edit. quartæ. Sed ad quæsitum, ut deveniatur tandem, num allegorias, in cathedra concionatoria usurpare fas? affirmative respondeo. Horribili equidem flagello easdem sectatus est Spencerus, patulo ore enuncians, se profanum illud interpretum genus odisse: Ast odium hocce si non adversus audaces, ineptas, & frigidas; sed adversus omnes in universum, absque discrimine conceptum est allegorias, iniquum prorsus est & injustum. Christus, Sospitator generis humani, qui secundum naturam divinam ἀδίδακτος. & per illam, in ipsa humana habitantem αὐτοδίδακτος, factusque ad oris apertionem διδακτικός, sæpe sæpius iisdem legitur usus. Matt. 13. Joh. 15. &c. De Paulo: Ἄτινα ἴσιν ἀλληγορούμενα, Gal. 4. 4. vociferante, jam supra facta est mentio. Et quem, obsecro, sanctorum Patrum, B. Lutheri, aliorumque insignium Theologorum fugiant allegoriæ? *Dormit Adam*, sic ista, quæ de sapore in Adamum immisso, & conjugæ ex costa ipsius formata, recenset Genesis, allegoricè interpretatur B. Augustinus, *ut fiat*  
U Eva;*

*Eva; moritur Christus, ut fiat Ecclesia. Dormiente Adamo fit Eva de latere; mortuo Christo, lanceâ perforatur latus, ut super effluant Sacramenta, quibus formatur ecclesia.* In Sentent. 328. Fenestras templi prospectui sic accommodatas, ut bene quidem prospici, minus bene autem introspecti potuerit. 1. Reg. 16, 4. ad hominem spiritualem, qui omnia judicat, ipse autem à nemine judicatur, retulit heroicus ille Christi Athleta Lutherus. Sic arca Noæ ad Ecclesiam, & columba, in arcam, cum olivæ folio rediens, ad Evangelium applicatur. Allegoriarum itaque h. e. perpetuorum & non interruptorum troporum usus (troporum, inquam, & non metaphorarum, nam è metaphoris non solum, sed & cæteris tropis, allegoricas exurgere, vel ex hoc unico intelligi potest: *Sine Baccho & Cerere, friget Venus*, ubi metonymia & non metaphora militat) cathedris ecclesiasticis non est interdicens. Cautè autem ac sobrie hic procedendum.

1. *Manu, non culeo serantur.* Toto corpore si essent oculi, nonne cætera membra suum perdidissent officium? *Si omnia figura, ita Tertullianus, quid erit illud, cujus figura? Quomodo speculum obtendes, si nusquam est facies?* Accedat Theologus vere *ἀκριβῆς*. D. Phil. Jac. Spenerus: *Es ist bey den Allegorien in acht zu nehmen / daß wir dieselben nicht allzusehr häuffen; denn damit würde das Göttliche Wort in seiner Krafft mehr gehindert;*

dert: Sie sollen das Saltz oder Gewürtz seyn / dessen man bey einer Speise leicht allzuviel brauchen / und sie damit verderben kan. Comment. in Epist. ad Gal. pag. 551. Es sind Schau-  
 Essen/ ita suffragatur Wolffg. Frantzius, unde substantia hominis ali nequit. De Interpr. Script. S. pag. 764. Mi-  
 rum quantum hic ab Origine, viro Mortalium, quos Sol vidit laboriosissimo, quondam luxuriatum! Ἄλ-  
 ληγορεῖ ὅσα περ δύναται testatus est, de ipso Epiphanius, al-  
 legoricè explicat, quicquid potest. De scholastica ac  
 barbarica veteri allegorizandi prurigine, cujus mater,  
 ut Sixtin: Amama, non sine causa judicat, literalis  
 sensus difficultas; nutrix autem Clericorum fuit pigritia,  
 Lib. 1. Anti-barb. bibl. pag. 259. in præsentī, nihil dicam;  
 gravia tamen ac momentosa cum sint, quæ subjun-  
 guntur in Autore, eadem & huc transcribere, haud  
 pigrorabor. Hæc sibi quoque dicta sciant, ita pergit, no-  
 stri illi κακόζηλοι, qui dum nimis familiariter Pontificio-  
 rum Postillis utuntur, & conceptibus predicabilibus, ut  
 vocant, in versantur assidue, in eadem vestigia pedes po-  
 nunt. Non sum Propheta, nec Propheta Filius; tamen,  
 credite, me vobis folium recitare Sibylla,  
 si hæc concionandi, & sacras literas explicandi ratio, una  
 cum theologia scholastica denuo irreperit, posteriora lon-  
 ge pejora erunt prioribus.

2. Ne ubique & in omnibus Scripturae textibus quaran-  
 tur. Ex quovis enim quidvis extorquere, πανοπερμία  
 est anaxagorica. Acumen noxium profecto! Tolle-  
 retur istac ratione omnis certitudo, & Scepticissimus,

plenis, quod ajunt, induceretur velis. Fac parabolam de Divite & Lazaro hoc poni & exponi modo: Divites Judaisimum, Lazarus Gentilismum designat; Splendidus Divitis victus & amictus Ecclesiæ V. T. beatitudinem; Lazari mendicitas autem Gentilium miseram indicat conditionem; Canes ulcera Lazari lambentes, Philosophi sunt Cynici; Mors Divitis, Israelitarum à jugo ceremoniarum liberatio; Mors Lazari Gentilium ab omni superstitionum vanitate; Per sinum Abrahami status Ecclesiæ N. T. est intelligendus; Per Angelos, Præcones Ecclesiastici; Per infernum, conditio impiorum Judæorum hac in vita; Per linguam divitis, ejus conscientia; Per refrigerium linguæ, animæ consolatio in hac vita; per flammam cruciatus ac divexationes externæ; per chasma ingens inter Christianos & Judæos distantia; per quinque divitis Fratres, quinque Judæorum sectæ, tum maxime celebres &c. nonne hoc idem esset, ac

*Humano capiti cervicem jungere equinam?*

aut pro auro, argento ac lapidibus pretiosis, ligna, foenum, stipulam, Christo fundamento in ædificare? Non equidem soli verborum cortici, plus justo, inhærendum; Quam insipide enim ageres, si hæc enunciata: *Super Aspidem & Basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem Ps. 91, 13. Lac gentium suges & mamillâ Regum lactaberis Es. 60, 16. Ita curro, ut non in incertum; sic pugilem ago, ut aerem non cædens &c. I. Cor. 9, 26. Κατὰ λόγον, velles intelligere? Interim*

terim tamen cuncta spiritualiter accipere, & ex rebus quibusque obviis, nescio, quæ mysteria, effodere, in febriculosam excidit putiditatem. Non probo consilium Erasmi Roterodami Amico cuidam aulico, Aegyptum unacum suis & vitiis deliciis effugere cupienti, hisce communicatam verbis: *Ex interpretibus divina Scriptura eos potissimum delige, qui à litera quam maxime recedunt.* Vid. milit. Christ. enchirid. pag. 48. Sed sensus à litera remotior plerumque solet esse reprobator. Optime Augustinus: *Figurate qui omnia in sacris literis credunt, falluntur.* De Gen 8. ad lit. cap. 1. Et B. Hieronymus succinit: *Allegoria non est querenda in preceptis, quæ ad vitam pertinent, aut in his, quæ perspicua & manifesta sunt.* In Comment. ad Gal. sup. cap. 4.

3. Non probationis; ( excipiendæ sunt illæ, quas divina habet παραδοσις ) sed illustrationis, exornationis, excitationis ac amplificationis gratia adducantur. Solus etenim literalis sensus certas atque perspicuas parit sententias, solus ad docenda argumenta, quibus doctrinæ Christianæ capita firmantur, est aptus. Hinc natum πολυτροπότητος: *Theologia allegorica non est demonstrativa.* Quibus non absimiliter B. Lutherus: *Der Historische Verstand ist / der allein etwas Gründliches und Wahrhaftiges lehren kan. Wenn man nun den recht gefasset und gehandelt hat / mag man alsdenn auch für einen Schmuck Allegorias einführen / die Historien damit zuerklären / und gleich als mit einem Gemählde zu zieren. Denn bloße Allegorien, die sich an keinem Ort der Historien rei-*



men / noch dieselbe mahlen und schmücken / sol man schlechts / als unnütze Träume verwerffen. Nu seynd aber fast solche Allegorien die / so Origenes und die ihm gefolget haben / brauchen. Denn wo kan man aus der Schrift beweisen / das durch das Paradies der Himmel / und durch die Bäume die Engel bedeutet werden? Seynd denn das nicht sehr närrische und unnütze Gedancken? Wer derhalben Allegorias brauchen wil / der baue ihren Grund aus der Historien. Denn dieselbe ist gleich wie eine Dialectica, so von Sachen gründlichen und wahrhaftigen Bericht thut. Wiederum sollen Allegorien, wie die Rhetorica, die Historien schlechts zieren und mahlen. Denn zum Beweis dienen und gelten sie nichts. Also aber gilt diese Allegoria, wenn wir sagen der Himmel bedeutet die Kirche / die Erde das weltliche Leben / Regiment und Ordnung. Denn Christus nennet selbst die Kirche das Himmelreich und das Reich Gottes / die Erde aber heist das Land der Lebendigen / darinn Könige und Fürsten regieren &c. Tom. Altenb. IX. fol. 112.

4. *Ab analogia fidei ne tantillum abluant.* Ulcera itaque sunt allegoariarum, quando Bened. Pererius per arboris, Nebucadnezari, in visione oblatae radicem illaeram, virginem Mariam, peccato Adami nullatenus contaminatam intelligit. In Comment. sup. Dan. Lib. 5. fol. 260. quæ expositio in Pontificis nostri unci *πλεισίχτημα* Hebr. 7, 26. cœtera, ut taceam, turpiter impingit. Petrus Bessius S. Theol. Doct. & Regi Galliarum à Concionibus, arcam Noæ, quæ nunquam fundum petiit; arcam foederis, quæ è ligno incorruptibili constructa; Domum Raab, quæ in everfione Jerichuntica, ob exploratorum occultationem servata fuit,

fuit; Porro Abjatharem Sacerdotem, ad quem Rex Salomon: *Vir quidem mortis es; sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam Domini DEI coram David, patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus, in quibus laboravit pater meus, 3. Reg. 2,* nec non Nuncium Jobicum, qui: *Ego solus evasi,* ad gloriosæ beatæque Virginis Mariæ corpus, quod illud, ab omni corruptione liberum permanferit in morte, nec in cineres, quibus cœtera hominum corpora sunt obnoxia, redactum fuerit, ἀλληγορικῶς applicuit. Concept. Theol. in Fest. Assumpt. DEIp. Virg. p. 504 seqq. Bona fide dico, aut hæc suaviludia non pertinent ad rem; aut B. Virginem Mariam prorsus non esse mortuam. De hujus tamen obitu Ecclesia Papistica nullam, fatente Baronio ad annum XLIIIX. num. II. admittit dubitationem; sed tanquam veteris Adami filiam, veterem sententiam (morte morieris) subiisse cum Damasceno, statuit. Interminatio DEI: *Pulvis es, & in pulverem reverteris* Gen. 3. est generalis, & ab hac almam Redemptoris Genitricem fuisse exceptam, nec  $\chi\rho\varsigma$  nec  $\mu\epsilon$  in cœlestibus deprehenditur oraculis Sacris Cyprianus, Episcopus Carthaginiensis, quo baptismum extra ecclesiam administratum, non esse validum ac legitimum ostenderet, ita allegorizare incipit. *Num quid de Ecclesia fontibus rigare potest, qui intus in ecclesia non est? Num quid Paradisi potus salubres & salutares impertire cuiquam potest; qui perversus & à semetipso damnatus, & extra Paradisi fontes* rele-

*relegatus aruit, & aeterna sitis siccitate defecit?* Ep. 73. Sed allegoria falsi quid continens rejicienda. Conf. Mich. Baumanni Anal. allegor. Sacr. & quidem Protheor. de alleg. const. & usurp. pag. 9.

4. *Ne sint inepta, frigida, ac jocularia; sed gravi jucunditate, jucundaq; gravitate sese commendent.* Id quod majestas divina, quæ non temeranda, Scripturæ dignitas, quæ non prostituenda, & Religio Christiana, quæ non infamanda requirit. Joh. Ristius, Comes Pal. Cæsar. Theol. Philol. Poet. Polyhistor decantatissimus, in præfamine exactissimi, de nobilissimâ universi orbis stultitiâ, tractatus sive colloquii, asseveranter dicit, se urbe in magna talem novisse ecclesiæ Antistitem qui in concionibus suis, subinde istis usus similitudinibus, ut nemo absque risu eas audire potuerit. Ich habe in meiner Jugend (en verba ejusdem) in einer grossen Stadt/ einen Lehrer göttliches Worts gekennet/ der so gar elend predigte/ daß wenn er viel Zuhörer bekam/ sie alle auf einem Leichenstein stehen konten. Denn zudem/ daß er eine gar jämmerliche Stimme und Sprache hatte/ so brachte er immerfort solche ungereimte Gleichnisse herfür/ daß die wenige Zuhörer genug darüber zu lachen hatten: Bald verglich er das Wort Gottes mit einem Knebel-Spieße/ welches der Bauer hinter der Thür stehen hatte/ und den Dieben/ die ihm wolten ins Haus steigen/ damit auf das Maul schlug. Das Himmelreich verglich er mit einer Pastetten/ worinnen das Huhn unser lieber Seligmacher/ die Pflaumen aber/ Rosin'cin und Korinten/ die heilige Engel bedeuten. Von den zwölf Aposteln sagte er einmahlen: Daß sie gleich wären den zwölf Pfeilern/ worauf das Gewölbe seiner Kirchen ruhete/ Dieweil aber von dem einen Pfeiler der Kalck mehrentheils war herunter

unter



unter gefallen/ also daß er etwas heßlich war anzusehen; So sagte er/ daß dieser schäbichte Pfeiler/ den Verrähter Judas bedeutete: Ja ich selber habe es mit meinen Ohren angehöret/ daß er einsmahlen/ in einer Fasten-Predigt den leidigen Fall und elenden Zustand Petri also beschrieben: Es gienge ja/ (sagte er) dem lieben Petro dazumahlen als es gemeinlich in den Hunds-Tagen pfeiget daher zu gehen/ wenn nemlich der Schinder-Knecht die tollten Hunde zu tode schlägt/ und alsdenn dieselben über die Gassen im Koth hinter sich her schleiffet. Eben als sagte er/ hatte der höllische Schinder-Knecht/ der leidige Teufel/ den heiligen Apostel Petrum/ als er seinen Herrn und Meister verleugnet/ wie einen rasenden Hund hinter sich her geschleppt/ wiewohl Petrus von ihm nicht erwürget; sondern nur in seiner Sünd todt wäre gewesen. Von andern seinen schönen Gleichnissen/ derer er fast unzählich pflag vorzubringen/ mag ich zu diesem mahl nichts gedencken. Sed quid fructus, dic sodes! ex istius modi jejunis atque ineptis schematibus, referet Auditor? Fructus nihil, tædii ac periculi multum. Acri proin, excultoque polleat iudicio, qui allegorias tractare præsumit. Claudam verbis B. Henr. Mulleri: Geblümelt habe ich auch zuweilen/ nicht daß ich im Predigen des Blümelns gewohnet bin; sondern dem Leser einen Anmuth zu machen/ und den Liebhaber der Allegorien an solche Allegorien zu führen/ die nicht nur der Schrift keine Gewalt anthun; sondern auch zugleich tröst- und besserlich seyn. Vid. Evangel. Schluß-Kette/ in der Vorrede an den Leser. Pietati itaque & moribus conducant metaphora continuata. Pluscita hac de re, qui desiderat, Lutherum in Gen. cap. IX. Gerhardum, de Interpr. Script. num. 139. seq. Flacium, in Clav. Script. S. part. II. tr. I. cap. 79. Hulsemann. Meth.



Meth. Stud. Theol. pag. 138. Quenst. Eth. Past. Monit. XCIV. p. 572. Dunten, in cas. Consc. pag. 155. Eliam Veieliumi i præf. Analect. allegor. Sacr. Baumanni: Andream Hypertum in Method. Theol. p. 63. seqq. Spanh. Dub. evang. p. 11. pag. 509. Rivetum in Isag. ad Script. S. pag. XV. n. 10. Corn. à Lap. Comment. in Prophet. min. præf. p. 7. evolvere potest.

### Quæstio XIII.

*Didascalica simplices numne etiam admittere possunt paradoxa?*

Resp. Paradoxa sunt dictamina, à communi hominum sensu abhorrentia. Reden/die wahr/ ob sie schon von unterschiedenen für nichts weniger als für wahr gehalten werden. Paulus in Amphitryone: *Nimia mira vidi, & dictu visuque miranda!* Populus ille pius: *Vidimus hodie παράδοξα*, Luc. 5, 26. Nil obstat, quo minus eadem, in cathedrâ ecclesiasticâ, à Præconibus fidei usurpentur. Quot enim deprehendimus

1. *In Scriptura Sacra?* Salomo ait: *Dies mortis melior est, quàm dies natiuitatis; item: melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum convivii; item: melior est tristitia, quàm risus.* Eccles. 7, 1. 2. 3. *En παράδοξα!* Porro, quando Christus dicit: *Beati pauperes spiritu: beati, qui lugent; beati persecutionem patiuntur, iustitia causa,* Matth. 5. nonne iterum hæc sunt παράδοξα? Scitissime Isid. Clar. *Evangelicam Philosophiam à paradoxis inchoavit Dominus:* Et D. Thom. Watson: *Dies sind die heiligen Wunder-Sprüche in unsers Seligmachers Predigt.* Ac iterum: *Es finden sich einige Wunder*

Wunder-Sprüche in Gottes Wort / welche die Welt nicht kan begreifen. Ein Narr werden / auf das man möge weise werden. 1. Cor. 3, 18. Sein Leben verlieren / und dasselbe finden. Matth. 16, 25. Reich seyn in Armuth. Worüber die Vernunft zu lachen anfängt. Vid. ipsius Geistr. Schrift. pag. 525. & 530. Horum spectat quoque illud: *Facilius est camelum per foramen acus transire; quam divitem intrare in regnum caelorum.* Matth. 6. item: *Vae vobis, quando bene de vobis loquuntur omnes homines: Similia enim fecerunt Pseudo-Prophetis patres eorum.* Luc. 6, 26. quô enunciatô, studium aucupandi honoris, ab omnibus, etiam à malis hominibus interdicitur severissimè. Novum vinum, hæc nova dixeris dogmata, non committendum, nisi novis utribus. Ratio sic arguatur: *Amor incipit à se ipso; sed Scriptura ita: Per hoc novimus: charitatem DEI, quod ille animam suam pro nobis de posuit; nos igitur debemus pro fratribus animas ponere.* 1. Joh. 3. En iterum *καρδοξον!*

2. In Patrum aliorumque Theologorum scriptis? Septendecim ex unico Chrysostomo collegit eruditæ diligentæ Sixtus Senensis, quæ etiam hîc communicare non pigrabor: 1. *Virtutem nec esse rem molestam, nec acquisitu difficilem.* 2. *Multo facilius esse, bene vivere, quam male.* 3. *Parva leviaque peccata, majori studio vitanda esse, quam magna.* 4. *Nullum supplicium malâ conscientia atrocius esse.* 5. *Neminem lædi posse, nisi à semetipso.* 6. *Melius esse injuriam pati quam inferre.* 7. *Multos injuste ladere, neminem vero injuste ladi.* 8. *Ignominiam hujus mundi esse gloriam; gloriam*

verò mundi ignominiam. 9. Vitam hanc non esse vitam,  
 sed mortem. 10. Mortem esse vitâ meliorem. 11. Ma-  
 ximum fieri in tribulationibus, & tentationibus lucrum.  
 12. Quod omnia supplicia mortalibus à DEO immissa  
 magna sint divina pietatis beneficia. 13. Eleemosynam  
 esse artem omnium quaestuosissimam. 14. Solitudinis &  
 solitariae (Sixtus monastica vertit) vitæ commoda omni-  
 bus felicitatibus potiora. 15. Quod regno DEI privari  
 peius sit, quam gehenna supplicium. 16. Quod nolle omnia  
 scire, summa sapientia sit. 17. Quod Christi divinita-  
 tem etiam absque ullis divinarum literarum testimoniis  
 clarissime ac fortissime adversus omnes gentes demon-  
 strare possimus. Vid. ejusd. Bibl. Sanct. Lib. IV. p. 259. Et  
 quem fugiunt Jani Nicii Erythæi paradoxa Christia-  
 na? ut: Nuspiam, nisi in cruce Christi, vera gloria in-  
 venit: Labor quieti est anteponendus; Nullum est ma-  
 lum, præter culpam; DEVS noster est DEVS latens;  
 Nihil scit, qui seipsum nescit; Solus ille secure quiescit,  
 qui acrius evigilat. Joh. Mich. Langius, Theol. Doct.  
 & Prof. publ. ord. Altdorff. hæc Ascetarum citat ad-  
 mirabilia: Homo nuspiam habet quietem, nisi vel in in-  
 ferno vel in cælo: Pœnitens non postulat liberationem ex  
 inferno: Pœnitentis cœlum est in inferno. Vid. inst. past.  
 p. 44. B. Jo. Lassenius in libello: Sionitische Erquickstun-  
 den / mera proponit inopinata. v. g. Die süsse Bitter-  
 keit / die reiche Armuth / die trockene Zähren; die heilige Un-  
 heiligen; die wachende Schläffer. &c. Nonnemo hisce uti-  
 tur: Servi non servant legem; sed à lege liberi filii: Ho-  
 mo,

mo, mundus, Caro & Satan sunt unum: DEVS mundo Satan; Christus Antichristus: Etiam justi non sunt justi: Duo homines, in unoquoque homine. Quod doctior, eo per-versior: Quo peior, eo fortunatior: Ante Pentecosten nemo Christianus; Evangelium paradoxum merum & perpetuum: Veritas tumultuosa res: Zelum DEI & nomen Christi, Anti-Christus habet; DEVS à peccato per peccatum liberat. Quàm egregium quoq; est istud Lutheri: Wir müssen täglich mehr un mehr halten von dem/das die Welt und Vernunft hasset / daß wir täglich je lieber und lieber arm / franck / verachtet / Narren und Sünder werden / und zuletzt den Tod besser als das Leben / Thorheit theurer als Weisheit / Schande edler denn Ehre / Armuth seliger denn Reichthum / Sünde herrlicher denn Frömmigkeit achten?

### Quæstio XIV.

*In homiliis simplicibus numne & parcemiæ seu locutiones proverbiales adhiberi possunt?*

Resp. Obiter noto, aliud esse παροιμιον, aliud παροιμία. Istud sonum similem, ast nonnihil immutatum repetit, ut arator, orator; Verba, verbera; si tangis, angis: In te, Domine, confisi non sunt confusi. Hoc orationem significat obscuriorem, à communi itinere & loquendi forma deflexam. Undique libros sanctiores parcemiis scatere, manifestum. Diabolus sua habet adagia; DEUS quoque. Conspicimus ea

i. In Libris V. T. De Nimrod sive Nemrod (utro enim modo dicas scribasve, hilum non interest)



ita Moses: *Erat robustus venator coram Domino.* Ab hoc exiit proverbium: *Quasi Nimrod robustus venator coram Domino,* Gen. 10, 9. Sunt, qui existiment, Nimrodum hominem fuisse procerissimum; sed absque ratione id ipsum affirmatur. Si res de statura esset corporis, vir numine plenus non dixisset: *Hic cepit esse Gigas; sed hic primus fuit Gigas.* Et quid tandem est *Gigas in terra aut super terram?* Vertendum proin omnino: *Potens in terra,* ut adeo respectus habeatur, non tam ad vires corporis, quam ad vires animi. Πρὸς αὐξήσιν additur: *Coram Domino,* i. e. quam maxime potens, uti *puer venustus DEO,* Act. 7, 20. is dicitur, qui maxime fuit venustus; Nam *coram DEO* aliquid esse dicitur, quod revera tale est, quia DEUS homine est longe perspicacior, rerumque intima penetrat, & in iudicando falli non potest. De viro forti itaque dictum: *Est ut Nimrod, potens venator, coram Domino;* quod proverbium, ad confirmandam suam narrationem, ex usu vulgi accepit legifer Heros. Sed plures adducam, ex Vet. Test. parœmias? *Ab improbis prodit improbitas.* 1. Sam. 24, 15. i. e. mala arbor, malos profert fructus. *Æthiops non mutat cutem; Pardus non mutat maculas.* Jer. 13, 23. quod de iis usurpari videas, quibus peccandi consuetudo in naturam abiit. *Quid palea cum tritico?* Jer. 23, 28. h. e. falsa doctrina nihil habet commune cum vera. *Pater meus vos castigavit scuticis; sed ego vos castigabo scorpionibus:* ita Roboamus ad populum 1. Reg. 12, 14. *Scutica*

tica genus est verberis, ut & scorpio; sed scorpio flagellum erat horribile ac aculeatum. Sensus proverbii est hic: Pater meus tractavit vos duriter; ego autem vos tractabo multo durius. *Leonem fugiens occurrit urso*, Amos 5, 19. ex uno periculo incidit in aliud. *Pellem pro pelle*, & quicquid habet homo, dat pro anima sua. Hiob 2, 4. *Qui timent pruina, irruet super eos nix*, Job. 6, 16. h. e. incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdin. *Ferrum ferro acuitur* Prov. 27, 16. *Qui premit nasum, elicit sanguinem*. Prov. 30, 33. Sed de adagiis V. T. fusius copiosiusque differere, non est necessum. Pauca etiam apponere liceat

2. *Ex libris N. T. Sanctum canibus non est dandum: Magarita porcis non sunt projicienda* Matth. 7, 6. *Durum, contra stimulos calcitrare* Act. 9, 6. Apud Terentium eadem ferme deprehenduntur voces. Sic enim Davus:

*namque inscitia est,*

*Adversum stimulum calces.*

Phorm. I, 2, 28. ex quo nonnulli concludere gestiunt, Christum humani generis redemptorem legisse Terentium; Sed quam putide atque absurde, pluribus ostendit excell. D. Jo. Frid. Mayer, in Dissertatiuncula: *Vtrum Christus legerit Platonem vel Terentium? Cecinimus vobis tibiis & non saltastis: Cecinimus lugubria, & non plorastis* Matth II. quo indicatum, nec Johannis austeritate, nec Christi civilitate Phariseos, ad poenitentiam fuisse provocatos. *Nemo Propheta*

*acce-*

*acceptus, in patria sua* Luc. 4, 24. *Sus lota ad voluta-*  
*brum cœni* 2. Petr. 2, 22. *Ex tribulis ficus non colligitur*  
 Matth. 7, 26. *Mortui sepeliant mortuos suos*, Matth.  
 8, 22. *Quod consortium iustitiæ cum iniustitiâ?* *Quæ*  
*communio luci cum tenebris?* 2. Cor. 6, 14. *Hilarem dato-*  
*rem diligit DEVS*, 2. Cor. 9, 7. Cum itaque & libri  
 veteris & libri N. T. parœmiis prorsus sunt reſecti,  
 quo jure istas; à pulpito evangelico abesse jubebimus?  
 Syracidis liber hoc pacto etiam esset exterminandus.  
 Nemo, credas, taxabit, si in sermone sacro, his & si-  
 milibus fueris usus: Besser der Pfeil Jonathans, als der  
 Kuß von Joab. Wer redet / säet / wer höret / erndtet. Gott  
 hat wohl Füße von Wolle / aber auch Hände von Eisen. Es  
 sind ihrer viele / die das Creuß auf der Brust / und die Welt  
 im Herzen tragen. Die Faulheit ist der Schlüssel zur Ar-  
 muth. Hoffnung ist ein wunderliches Ey / da der eine die  
 Schalen / der andere das Weiße / und wenige den Dotter fin-  
 den. Von einer krummen Kerze kan kein gerader Schatten  
 fallen. Die Hölle ist voll guter Meynungen. Es müssen  
 starcke Augen seyn / die eine Bathsaba ohne Lust anschauen kön-  
 nen. Die erste Frucht der fleischlichen Liebe / ist die letzte von  
 der Weißheit. Wenn man den Teufel läßt in die Kirchen kom-  
 men / so wil er gar außs Altar. Es ist besser mit den From-  
 men stehlen / als mit den Gottlosen beten. Auf sündliche  
 Worte gehören taube Ohren. Den Arbeitenden ver-  
 suchet nur ein; den Müßigen aber zwey Teuffel. Wer sich  
 wehret / dessen Seele gedeyet / pugnando proficit anima.  
*Quis proporro reprehendet sequentia: Aut dii sumus,*  
*aut perfecti sumus. Omnibus malis punicis inest gra-*  
*num putre. Non solum stellantes cauda oculi; sed &*  
*pedes,*

*pedes, in pavonibus, sunt aspiciendi. Validus veritatis  
cibus est. Spartanos requirit stomachos. Magnis in-  
geniis, magna quoque adhærescunt vitia: Ex scelere e-  
tiam fama contrahitur; sed nequam. Nemo malus fe-  
lix: latent sub melle venena. Sed hæc quasi spicæ Ruth,  
ex messe Boas. Confer, si placet, 750 deutscher Sprich-  
Wörter/ erneuert und gebessert/ durch Joh. Agricola. Item,  
Adami Olearii Persianischen Rosen-Thal/ ubi inter alia  
Arabum quoque deprehendes paroemias, p. 117. seqq.  
Christophori Lehmanns Florilegium politicum &c.  
Apprimè tamen Orator ecclesiasticus cavere debet, ne  
sordida, ridicula atque agrestia, quibus digni-  
tas verbi divini contaminatur, in medium proferat  
adagia, ut neque antiqua & obsoleta, quæ nostri tem-  
poris hominibus non sunt cognita; talibus enim men-  
tes Audientium non juvantur, sed turbantur. Nec  
nimis sunt densanda, quia obtundunt multiplicata.*

### Quæstio XV.

*Eloquia divina, cum simpliciter ab Antistitibus Eccle-  
siae sint proponenda, numne etiam exempla adhibere  
licitum?*

Resp. Exempla sunt, vel rei fictæ, vel rei factæ.  
Ad prius genus spectant fabulæ & parabolæ; ad po-  
sterius exempla, tam sacra quàm profana. De fa-  
bulis & parabolis nunc equidem non est dicendi lo-  
cus. Quod autem ad exempla sacra attinet, illa lici-  
te in gradibus exedræ posse usurpari, omni caret du-  
bio.

bio. In nostram quippe doctrinam hæc sunt scripta. Rom. 15, 4. Πρὸς ὑμεῖς ἡμῶν, I. Cor. 10, 11. ad nos erudiendos, aut commonefaciendos, ne sc. concupiscamus mala, prout quidam ex Israelitis concupiverunt; neque idola colamus, neque scortemur, neque Christum tentemus, neque murmuremus in adversis, quemadmodum illos fecisse constat.

Hoc quidam non belle, num quid ego illi

Imprudens olim faciam simile? Hor. l. 1. Satyr. 4.

Eliæ exemplo, qui importunis suis precibus (προσευχῇ προσήυξατο) cœli ostia, quasi pro arbitrio obseravit & reseravit, ad orationis instantiam hortatur. Jacobus Apostolus Cap. 5, 10. 11. 17. Et ne quis exciperet (trepidare enim solet nostra fragilitas) se tanto Prophetæ, qui curru igneo raptus est ad cœlos, similia non posse facere, actutum in ipso narrationis exordio hæc ponit: Elias erat homo, ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν. Homo erat, non DEUS, aut Angelus, nec de meliore luto; sed ex eadem, qua cœteri homines massa effectus: iisdem, quibus nos perturbationibus, cupiditatibus, tentationibus obnoxius, quod exinde etiam luculenter patet, quia passus est famem, & mortem timens fugit. Ad Abrahami & Saræ exemplum identidem sacratior nos revocat pagina. Attendite ad Abraham, patrem vestrum, & Saram, qua peperit vos Es. 51, 2. Conf. Rom. 4. Paulus ad Corinthios: Imitatores, inquit, mei estote, sicut ego Christi. I. Ep. 11, 1. Ad Philippenses: Quæ audivistis & vidistis in me, hæc agite, Cap. 4, 9. ac iterum:



rum: *Eos considerate, qui sic ambulant, sicut habetis nos pro exemplari cap. 3, 17.* Quo vero sanctorum vestigiis eo tutius insistere possis, sequentia mecum notabis: 1.) *Num facta sanctorum cum aliquo præcepto divino pugnent!* Tantum aberat, ut Paulus Petri sequeretur exemplum, cum is non recte secundum veritatem ambularet Antiochiæ, *ut potius eidem in faciem resisteret, Gal. 2, II. 13.* Obtinet hic regula: Non exemplis sed legibus 2.) *Num ex peculiari instinctu DEI egerint.* Elias principes à Rege Ahazia missos, cum suis turmis, igne cœlitus elicitò perdidit; Apostoli vero, cum in hoc Eliam ambirent imitari, prohibebantur. Luc. 9, 55. Ex qua causa? Elias non ex se, sed ex DEO ita duriter se gerebat, vocatus ad hoc, ut severitatis divinæ exequeretur judicia. Jacobus autem & Johannes humana iracundia commovebantur, omni Spiritus S. ad id, instinctu cassi ac vacui. Non tam igitur pro imitatoribus, quàm pro fimiis erant habendi. 3.) *Res à modò est discernenda.* Johannem Baptistam imitari debemus in humilitate & temperantia; non autem præcise in eo, *ut vestimentum, è pilis Camelorum; & zonam pelliceam, circum lumbos nostros habeamus, locustasque & mel agreste comedamus, Matth. 3, 4.* Exemplo Christi jejunandum; sed ut fiat per 40. dies noctesque, nemo tenetur. Prout ipse baptizatus, sic & nos sumus baptizandi; tanquam superstitiosus autem merito derideretur, qui non nisi trigésimo ætatis suæ anno, & quidem in Jordane

dane baptismum suscipere vellet. Opus charitatis humillimæ debemus proximo, non tamen præcise lotionem pedum ibi, ubi mos non est. Placent, quæ Thomas Grauterius in Disp. casuistica, de forma iurjurandi proposuit: *Nulla* ( recito verba ejusdem ) *etiam sanctissimorum virorum exempla sunt imitanda, nisi vel apertam in se habeant sanctitatem; vel in eorum narratione expresse à Spiritu S. approbata sint; vel approbationem ejus ex antecedentibus & consequentibus colligere liceat; vel sine utrum horum adsit, toti S. S. Scripturæ & fidei Christianæ conveniant.* Aliàs enim Noachum, in ebrietate, Lothum, in incestu imitandum esse sequeretur, quo nihil profectò absurdius foret. Pag. 16. Confer etiam, si placet, Jerem. Taylors Ductorem dubitantium, p. 749. seqq. Sed quorsum provehor? Nimis diu særa nos detinuere exempla; nunc ad profana quoque deveniendum, & eâ, quâ potest fieri, brevitate, ostendendum, nec hæc à pulpitis evangelicis simpliciter esse excludenda: Sunt enim ὄμηροι τῶ λόγου, obsides sermonis; virgæ decorticatæ, ad quarum conspectum non secus, ac Oves Jacobi, mens generosa parturit. Recte Bernhardus: *Exemplum facit suadibile, quod dicitur; dum monstrat factibile, quod suadetur.* Recte Lutherus: *Die Historien beschreiben nichts anders / denn Gottes Werck / das ist Gnade und Zorn.* Recte Matthesius: *Lebendige Exempel erklären todte Regeln.* Recte Verulamius: *Exempla penetrant magis, quam argumenta.* Quia etiam illud nobis innuunt, quod Scriptura, in solatium adducit:

311

312

ducit:



ducit: Nil novi nobis accidisse. Afficiunt autem exem-  
 pla eo magis, quo propius ad similitudinem nostrarum  
 rerum accedunt. Vid. Op. ipsius, p. 129. Recte Carolus  
 Regius: Experimento constat, usum exemplorum ad mo-  
 res componendos habere plus virium saepe, quam ipsas  
 rationes, propterea quod populus ea, & libenter audit,  
 & memoria tenacius retinet, quam praecepta. Orat. Christ.  
 l. 3. c. c. 13. Recte Lipsius Herbas qui sevit, opportune  
 eas irrigat atque alit, ut adolescant: Sic tu sententiarum  
 vel frutices fove & attolle, vel sole vel pluvia, ut sic  
 dicam, exemplorum. Virumvis enim praestant. Illu-  
 strant; dum in rem velut presentem ducunt, & facta  
 ostendunt, quae facienda suadentur: fovent etiam, dum  
 animum erigunt, & re docent, non nova, non ardua  
 proponi. Sed ad viam praeveniunt, in qua vestigia tuto po-  
 namus, sicut qui gubernandi parum peritus est, uti plu-  
 res nares cursum temperat & sequitur priores. Ita va-  
 da & scopulos vitat, & sine magna sua arte portum  
 cum prioribus petit & tenet. Vid. monit. & exempl. polit. p. 7.  
 De verbis Sapientum, Sapientum princeps & Principum  
 pubescentium exemplar ita: Sunt tanquam stimuli ad in-  
 citandum, & tanquam clavis ad figendum. Cap. 12, 15.  
 Si hoc de verbis, quid quaeso affirmandum de factis,  
 quae non suadent tantum, ut faciamus, sed faciunt  
 ut sequamur? Piae etenim actiones validae sunt demon-  
 strationes, & devota exercitamenta, irrefutabilia sunt  
 argumenta. Eja, sic est! Fidelium victricia facta, dum  
 commemorantur, contra vitiorum pugnam debilia

nostra pectora confirmantur. Unde proverbium: *Præcepta movent, exempla trahunt.* Intellexerat id B. noster Scriverus, sedulus iste providentiæ divinæ Minister; quocirca, in omnibus suis scriptis, præsertim in eo, quod dicitur: *Seelen-Schatz*, plurima congerere haud detrectavit, quæ etiam sine animi commotione, vix ac ne vix quidem legi possunt. Quemadmodum autem sacra seu biblica numerum definitum non habent; ita ultra ternarium, quod profana & extrabiblica concernit, in una tractatione non facile est excurrendum. Prima historia recreat, secunda delectat, tertia satiat, quarta nauseam creat. De nævulis sanctorum autem (sol enim non est sine faculis) ut de verrucis Parentum loquendum, quod semel, quasi in transitu, monuisse sufficiat.

### Quæstio XVI.

*In concionibus sacris (cur enim non dicerem sacras, cum olim fuerint pars sacrificii?) licetne etiam Patrum uti testimoniis?*

Resp. Raro, parce, sobrie ac tempestive, si fiat, licet. Utimur verbis Tobiaë, Syracidis, aliorumque apocryphorum autorum, Lutheri etiam, rythmis itidem, ex canticis germanis; quin & nostris, cur nec Patrum? Audiatur Thomas Thaylor, S.S. Theol. Doct. & minist. verbi divini Londin: *Ich bin so præcis und genau nicht / daß ich nicht auch gedencke / daß ein sparsamer und mäßiger Gebrauch menschlicher Zeugnisse könnte Statt und Platz finden in einer Predigt; Dfft in Sachen / welche die*

die Grammaticam und Ursprung der Wörter betreffend; Oft in wichtigen Streit-Punkten / die Ubereinstimmung der alten Kirchen zu zeigen / insonderheit wenn man zu schaffen hat mit einer Widerpart / welche fürwendet / daß das ganze Alter (der Religion) auf ihrer Seiten seye / oft aber Zeugniß-weise / die Christen durch die Heyden schamroth zu machen / eben wie der Herr den Juden / durch Chirrim und Kedar, und den Faul-länder / durch die Ammeissen Vid. Christi Streit / und Überwindung / pag. 433. Neque dissentit nostras Müllerus, Theologus non minus doctus, quam pius: Nechst der Schrift habe ich mich beflissen mit den Vätern zu reden; doch ihre Worte nicht allezeit verteutschet / weil sie in ihrer eigenen Sprache einen kräftigen Nachdruck haben / als in unser teutschen. Wo ich auch gemercket / daß sel. Luther nachdrücklich geschrieben / habe ich seine / als unsers gemeinen Lehrers eigne Worte angeführet. Und da sonst bey einem und andern bewährten Lehrer etwas nützliches gefunden / dasselbe mit beygetragen / auch wohl dann und wann aus den Safft-Kräutern Honig gesogen / und die Wahrheit aus denen bestätigt / die sonst der Wahrheit widersprechen. In der Anrede / an den Christlichen Leser von der Evangel. Schluß-Kette. Ast enim cautionibus hic opus. Fieri talis modi allegationes debent

1. *Absque ostentatione.* Nusquam enim onerosior est superbia, quam in cathedra humilitatis. Verissime Lutherus: *Vbi regnat superbia & gloria humana; ibi exulat gloria divina & auditorum edificatio.* Vid. Matthesii conc. XII. de vita B. Lutheri. Verbo: una superbia destruit omnia.

2. *Ex propria, in re gravi ac momentosa, lectione.* Etenim multi multa citant



*contorta in retia sensu,*

*Et tandem tali venalem nomine quærent:*

*Autores ipsos legito; sententia longe*

*Est alia, & miseri pereunt Allegatores.*

3. *Neque ex necessitate quadam absoluta.* Nam veritas cœlestis, hisce non opus habet tibicinibus. Ex numero suffragatorum DEO nihil accedit. Solus quippe est instar omnium. Testimonium quod exhibet in Scriptura, per se est ἀξιόπιστον, omnique exceptione majus. Sed cum in finem, ut vindicentur ab injuriis aliorum. Wir ziehen die Alt-Väter (ita exquisite Petrus Molinaeus, Profess. Sedan) nicht zu dem Ende an / daß wir etwan die himmlische und Göttliche Wahrheit auf menschliche Zeugniß zu gründen / oder dadurch zu behaupten gedächten: Sondern wir thun solches zu dem Ende / damit wir die alten Kirchen-Lehrer vor Gewalt und Unrecht vertheidigen / welches ihnen / von unsern Widersachern in dem beschicht und angethan wird / daß sie nehmlich die Väter bey den Haaren gleichsam herzu zerrren und strecken / sie auf die Folter-Banck legen / und ihnen solche Bekänntnisse abpeinigen wollen / die der Lügen eine Farb anstreichen / und der lieben Alt-Väter eigener Intention und Meynung zuwider lauffen. Vid. Novit. Papismi p. 1028. Conf. D. Fechtium, von der heutigen Griechen Religion p. 125. seqq.

4. *Vt toties intentatam νεοτερισμῶν accusationem valide depellamus, nostraque ecclesia, cum primitiva, consensum Ἐσσυφαιαν dilucide ostendamus.* Pereleganter iterum modo nominatus Petrus Molinaeus: Wir ziehen die Alt-Väter / neben obangeregter Ursach / auch zu dem Ende an / daß wir uns der Verläumdung und falschen Auflage ent-



entschütten / mit welcher uns unsere Widersacher beschmutzen wollen / als wenn wir uns der einhelligen Ubereinstimmung der alten Kirchen-Lehrer widersetzten; eben als wäre die Lehr/ so wir führen/ eine neue Lehr/ oder eben / als wenn dasjenige / was der Antiquus dierum, der Alte der Tage oder Zeiten / dessen beyhm Propheten Daniel erwehnet wird / gelehret hat / und von Anfang her gewesen ist / neu seyn könnte. Und ob wohl unsere Lehr allein auf Gottes Wort gegründet ist / so haben wir dennoch eine besondere Lust und Freud daran / wenn wir die ibralten Väter der ersten Zeiten lesen / und in denselben eben dasjenige / was wir lehren / finden / auch klärlich sehen und spühren / was massen man uns um einer solchen Lehr willen gehässig und auffässig ist / die doch von eben denjenigen / welche die Römische Kirche / wie sie dafür angesehen seyn wil / und sich stellet / in so grossen Ehren hält / geführt und gelehret worden. Vid. loc. cit. Quod idem etiam Alstedius confirmat, quando hisce utitur expressionibus: *Patrum testimonia non sunt alleganda, nisi auditorum, vel profectus, vel defectus id exigat. Profectus: quando scilicet sunt eruditi. Defectus, quando sunt Papista; vel recens e Papismo conversi. Tunc enim harmonia confessionis Patrum & nostra ostendi potest. In orat. l. 6, c. 6. p. 226. Nec aliena ab his sunt, quæ profert Guilielm: Amesius: (1.) Non possunt adferri probationis loco: quia fuerunt homines erroribus obnoxii, atque adeo non faciunt fidem certam & divinam. (2.) Illustrationem nullam possunt adferre apud vulgares auditores, quibus vel nomina ipsa Patrum sunt ignota. (3.) Exornationis causa non possunt adduci; quia mixtura humana non ornant, sed contaminant. (4.) Aliquando tamen ad per-*

Z

vica-

vicaciam quorundam convincendam, ad calumnias ad-  
versariorum refellendas, & ad imbecillitatem inferio-  
rum sublevandam, necessarium potest esse, istiusmodi te-  
stimonia usurpare; Sed; tum ita debent proferri, ut pla-  
ne appareat Ministrum coactum egredi Scripturæ cancel-  
los, & ex abundanti hoc facere, propter causas modo di-  
ctas, verbo DEI, & fidelium ædificatione nihil tale di-  
recte postulante. De Conscient. lib. 4. cap. 26. (5.) Vbi eximi-  
um quid ac venustum, quod enunciata illustret magis,  
in memoriamque audientium altius dimittat, adest.  
Cur enim aliorum verbis exprimeres istud, quod ex  
te, nullo negotio, dicere potis es?

### Quæstio XVII.

*Sed de Gentilium dictis, quid habendum statuis, num &  
horum rarior parciorque allegatio simplicitatem tur-  
dit ecclesiasticam?*

Resp. Dictatores Concilii Carthaginensis quarti;  
ne lectionem quidem librorum gentilium, Episcopis  
permittere voluerunt. Vid. cap. 16. quod decretum,  
decretorum Compilator, Gratianus, suis inserit cen-  
tonibus. Dist. 37. cap. 1. Isodori, viri ingenii laude com-  
mendatissimi, in eandem inclinasse videntur senten-  
tiam. Pelusiotæ, propter admixtam rerum foedita-  
tem ac obscœnitatem. Lib. I. Ep. 63. Hispalensi, ob  
nequitiam, lectio displicuit secularium. Ideo (sic po-  
sterior) prohibetur Christianus figmenta legere Poetarum,  
quia per oblectamenta inanum fabularum, excitant ad  
incentiva libidinum. Non enim solum thura offerendo,  
Demo-

*Demonibus immolatur; sed etiam eorum dicta, libentius capiendo. Quidam plus meditari delectantur Gentilium dicta, propter tumentem & ornatum sermonem, quam Scripturam S. propter eloquium humile. Sed quid prodest, in mundanis doctrinis, perficere, & inanescere in divinis? Caduca sequi figmenta, & caelestia fastidire mysteria? Cavendi igitur sunt tales libri & propter amorem sanctarum Scripturarum vitandi. Gentilium dicta exterius verborum eloquentiam nitent: interius vacua virtutis sapientia manent: Eloquentia autem sacra exterius incompta verbis apparent: intrinsecus autem mysteriorum sapientia fulgent. Unde & Apostolus: Habemus, inquit, thesaurum istum in vasculis fictilibus. Lib. 3. Sent. cap. 13. Verum enim vero quod ad Concilium Carthaginense attinet, hæc lex justo est rigidior. Gratiani verba secundum quid fortean accipienda sunt; Si scil. Episcopus, neglectis sacris literis, Gentilium libros pervolveret, aut illo eisdem legeret tempore, quo populus docendus. Sed fac, absolute esse intelligenda, nam ex eo inferres: Ergo justum, illorum abstinere lectione? Nonne & sacram Scripturam Laicis interdixerunt Pontificii, quid itaque miri, si Clericis gentilium libros prohibuerit Gratianus? Bellarminus (alios ut taceam) istos licite legi concedit. Vid. Tract. de membr. Eccles. Lib. 3. de Laicis c. 20. pag. m. 509. Nec Isidoros, in sensu absoluto esse locutos arbitror. Ea duntaxat in Paganorum prohibuerunt scriptis, quæ vocum obscœnitatibus sunt e-*



xarata & libidinis excitant fomenta. Porro, & id voluere, parcius præ Scripturâ sacra esse lustrandos, cum hæc sit βάσις ἐπιτήδεως, καὶ φάρμακον ψυχῆς. Sed nolo hinc diutius immorari! Dominus ipse paganos interrogare, & in testimonium, ad perfidiam Judæorum accusandam, advocare jussit Jer. 2, 10. Gentium itaque historia cognitu est necessaria. De Daniele, ejusdemque sociis novimus, à Dapibus Basilio-Babyloniis abhoruisse quidem, sed non ab artibus ipsorum. Nervose Ambrosius: *Legimus aliqua, ne negligantur; legimus, ne ignoremus; legimus, non ut teneamus, sed ut repudiemus.* In explanatione proœmii super Lucam. Lectio licita, licita quoque citatio. Probo

1. *Paulus, vice plus simplici, citavit ethnicos Poetas.* Apud Athenienses, in colle Martio, seu Curia Martis, h. e. Arcopago, cum disputaret, hemistichium Poetæ Arati allegabat. Τὸ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν. *Ipsius enim genus sumus.* Act. 17, 28. De vitandis colloquiis, cum Atheis cœterisque resurrectionem mortuorum negantibus, Menandri senarium jambicum: Φθέρουσιν ἢν χρῆσθ' ὁμιλίαι κακῆ, *Corrumpunt bonos mores colloquia prava,* I. Cor. 15, 33. in medium produxit. Ita quoque ex Epimenide Cretensi, quem Prophetam, non juxta suam; sed communem Cretensium opinionem appellat, hunc hexametrum:

Κρήτες αἰὲ ψεύσται; κακὰ θύρια, γαστέρες ἀργαί.  
*Cretenses semper mendaces, mala bestia, ventres pigri,*  
 in testimonium advocavit. Tit. 1, 12.

SICISZ

2. *Omnis*

2. *Omnis veritas est à DEO, per quemcunque tandem sit enunciata.* Epimenide quid vanius? Et tamen verum ab eo propositum, suo approbavit calculo Apostolus.

3. *Prisci Ecclesia Doctores idem fecisse leguntur.* Inspice modo Lactantii Institutiones: Augustini libros itidem Damasc. de orthodoxa fide, &c. nec amplius assensum denegabis.

4. *Necessitas interdum idipsum exigat.* Si v. g. 1.) adversus Atheos ὁπαρξίς divini Numinis est firmanda, tunc inter alia, & Gentium omnium confessio solet adduci. *Nulla gens (sic ex oratore pulpita) tam est barbara, tam effera, qua non cognoscat esse DEVM.* Lib. 1. de nat. DEOR. Arist. lib. 1. de cælo: Πάντες γὰρ ἀνθρώποι περὶ θεῶν ἔχουσιν ὑπόληψιν. Et Seneca Epist. 117. *Nulla gens adeo extra leges moresque est projecta, ut non aliquos DEOS credat.* 2.) Si corrupta Paganorum (moribus qui inter primos vivere; religione inter nullos) indoles est manifestanda. Quam ambitio hic Cicerone, sua extiterit ætate, vel ex sola ejus epistola, quam ad Lucejum exaravit. Lib. 5. epist. 12. abunde constare potest. In hac etiam atque etiam modo dictum Lucejum rogat, ut se ornare vehementius, nomenque suum sempiternæ commendare gloriæ, haud oblivisceretur. Subnectit, quod miraberis: *Legas historiam negligas; ac mox iterum: Amori nostro plusculum etiam, quam concedit veritas, largiare.* Tum incredibili, hic homo ethnicus, ardebat cupiditate,

nomen ut suum scriptis illustraretur & celebraretur. Seneca, quem Hieronymus, in catalogo ecclesiasticorum Scriptorum, inter sanctos retulit, in fine libri de Tranquillitate animi, commendat ebrietatem. Verba, si nosse eadem aves, hæc sunt: *Aliquando vectatio iterque & mutata regio vigorem dabunt, convictusque & liberalior potio; nonnunquam & usque ad ebrietatem veniendum, non ut mergat nos; sed ut deprimat curas. Eluit enim curas, & ab imo animum movet; & ut morbis quibusdam, ita tristitia medetur,* pag. m. 541. Idem Philosophiæ Stoicæ Doctor primarius, bonam mentem, quod miraberis, non à DEO petendam; sed propriis viribus acceptam credidit ferendam. *Turpe est (verba sunt ipsius) DEOS fatigare. Quid votis opus est? Fac te ipsum felicem.* Epist. 31. Alibi: *Bonam mentem stultum est optare, cum possis à te impetrare.* Epist. 41. Necessarium quoque est ut Gentilium citentur effata

3.) quando textus Scripturæ aliàs, nec plane, nec plene satis potest intelligi. *Calculus album*, Vincensibus promittit æterni Patris imago, Apoc. 2, 17. Per hunc calculum autem absolutionem à reatu significari, nemo rectius ostendet, nisi qui ista Ovidiana recoluerit carmina:

*Mos erat antiquis niveis atrisque lapillis,  
His damnare Reos, illis absolvere culpa.  
Tunc quoque sic lata est sententia tristis & omnis  
Calculus immitem dimittitur ater in urnam.*

*Que*

*Quæ simul effudit numerandos versa lapillos  
Omnibus è nigro, color est mutatus in album.*

Metam. Lib. 15. En! antiquitus, missis in urnam calculis, ita à Judicibus, sententiæ sunt latæ, ut albis absoluerint, nigris vero condemnauerint reos. Quis sensum istius percipiet adagii, quò Diabolus quondam usus est ad DEUM: *Hominem pro pelle, pellem daturum* Job. 2, 4. qui ex Homero & aliis non didicerit, antiquam mercaturam, in mercium permutatione fuisse fitam? De locis Paulinis: *Omnes quidem currunt in stadio; sed unus brabeum accipit* Item. *Qui certat, ab omnibus abstineat, ut incorruptibilem coronam accipiat*, I. Cor. 9, 24. 25. nihil dicam. Ex quibus abundanter patet, non esse alienum ab Oratore Ecclesiastico, profanorum Scriptorum interdum uti testimonio, etiam ad populum.

Objicit Amesius Lib. 4. de Consc. cap. 26. quæst. 4.

I.

*Allegationes hæ non sunt medium aptum ad fidem & vitam spiritualem generandam, alendam & conservandam?*

Resp. Ut ut non sint medium directe, & per modum efficientiæ; interim tamen sunt medium indirecte, seu per modum præparationis, ad hunc finem obtinendum. Tollunt anticipata judicia de novitate, & Antagonistam, ex propriis refutant principiis. Quàm laudabile autem fuit Davidi, superbo Goliatho caput proprio gladio amputare, & Cushæo, arrogan-

rogantem Achitophalem, propriis artibus, ad suspendium adigere?

2.

*Neque Moses, qui doctus fuit in omni sapientia Aegyptiorum Act. 7, 22. neque Christus, in quo erant omnes sapientia & cognitionis thesauri, Col. 2, 3. tale quidpiam unquam attulerunt.*

Resp. Non valet: Tacitus non refert hoc; Ergo non est verum: Cicero non habet hanc phrasin; Ergo non est latina. Sufficit, quod θεοδωτος καὶ θεόπνευστος Apóstolus aliquot Poetarum exotica testimonia adduxerit, & ut cum Tertulliano dicam, Lib. I. ad uxor. cap. 3. *sanctificaverit.*

3.

*Injuria fit Christo, quasi ille solus non esset audiendus?*

Resp. Numne itaque Poetarum gentilium citatione, Christo, injuria ab Apostolo Paulo est facta? Gratia & natura, in una fede ac æde optimè morantur. Hoc pacto nec Tobias, nec Syracides, nec alius quispiam Scriptor extracanonicus esset alligandus.

4.

*Injuria fit Scriptura, quasi per se non sufficeret ad edificationem?*

Resp. Patrum testimonia in suggestu licite adhiberi, concedit Amesius, quidni & Gentilium saniorum? Una igitur eademque manus vulnus operaque tulit. Si ex Horatio diceret: *Di multa neglecti dederunt Hesperia mala luctuosa.* Od. 6. Lib. 3. Carm.

Item:

Item: *Pulvis & umbra sumus. Quis scit, an adjiciant hodierna crastina summa tempora Di superi?* Od. 7. Lib. 4. Carm. Ex Seneca: *Quantum possumus, nos à lubrico recedamus: In sicco quoque parum fortiter stamus.* Epist. 116. *Mortem nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illam diu composuerat.* Epist. 10. &c. Nonne sana hæc essent, à Non-Sanis? Spolia, ut sic loquar, Ægyptiaca? Ex lumine naturæ ostendimus, quod sit DEUS, numne id sacræ Scripturæ dixeris esse fraudi?

5.

*Scandalum hac ratione infertur Ecclesiæ, dum promiscue audit Ethnicorum testimonia, cum oraculis DEI misceri, quasi similis essent auctoritatis.*

Resp. Nulla Regina tam potens, quæ pedissequarum recuset officium. Ad suam potius pertinere gloriam credit, si famulas habeat honestissimas. Conf. Theol. Consc. Danh. Tom. 1. p. 83. Vasa sanctuarii equidem Babyloniciis epulis non sunt inferenda, quod à Belschatsare tentatum, inultum non permansit Dan. 5. At enim Theologus sic *unicum istud necessarium*, de quo Christus ad Martham, Luc. 10. pertractare potest, ut loci, temporis, personarum, quæstionis, aliarumque circumstantiarum habita ratione, nonnulla ex profanis Autoribus & ritibus ethnicis tractationi suæ *ἑξωτικῶς* admisceat.

6.

*Occultanda est humana Sapientia, in Evangelii predicatione, 1. Cor. 2, 1.?*

A a

Resp.



Resp. Non tam humana Sapientia, quàm humanae Sapientiae ὑπεροχή, seu supereminentia.

### Inst.

*Spiritus demonstrationi & prædicationis efficacia ad-  
versatur Sapientia humana, 2. Cor. 2, 4.*

Resp. In se? nego, quod ex antecedentibus sat perspicitur. Anxiusculè autem hîc videndum:

1. *Ne ea proferas ex Gentilibus, quæ aliquam turpitudinem habent admixtam.* Mulieri ethnicæ, ad Judæum ducendæ, radenda prius fuit cæsaries, amputandi ungues, & vestis, in qua capta fuit, exuenda; Deut. 21, 12. Quo spectat illud Hieronymi: *Quid mirum, si Sapientiam secularem, propter eloquii venustatem & membrorum pulchritudinem de ancilla atque captiva Israelitidem facere cupio? si quid in ea mortuum est, idolatria, erroris, voluptatis, libidinum, vel præcido, vel rado, & mixtos purissimo corpori, vernaculos, ex ea genero Domino Sabaoth?* Epist. 84. Sentes in legendis rosis sunt vitandi, & juxta diverbium Thalmudicum, *sic debes dactylos comedere, ut projicias foras duritiem eorum.* Apes mel suum, ex omnibus floribus conficientes, nostrum sunt prototypum. Versari debemus in castris sæcularium, non quidam tanquam transfugæ; sed tanquam exploratores.

2. *Admodum parce id fiat, ne redeant tempora, de quibus:*

*Ethnica tunc adeo mansit Sapientia passim,  
Ut Christus inde terminis sit ethnicis*

*Sub-*

*Submersus, verbique sacra caelestia dona  
In technicam, pulsâ fide, contorsierint.*

De Riswichio Genebardus prodit Chron. p. 725.  
quod Christo, Aristotelem longe pratulerit: Et Melanchthon audivisse se in Palatinatu, qui pro concione, non ex Scriptura; sed ex Aristotele dixerint. B. Lutherus de Papistarum ratione concionandi ita: Mit der Predigt ist es also gangen; Erstlich/das sie den Text des Evangelii/und des Leydens Christi/auf der Cangel haben daher gesagt. Hiemit ist blieben der Nahme und Erkântnis Christi in seinen Auserwehltten &c. Nach dem Text des Evangelii fuhren sie dahin ins Schlauraffen-Land. Einer predigte aus dem Aristotele und den heydnischen Büchern: Der andere aus dem Decret; ein ander brachte Fragen aus S. Thomas und Scholastern &c. Luth. Tom. 6. Jen. Germ. F. 96. a. De Aristotele id hic transeunter subjungere placet. quod publica cum infamia, Brunswigæ de templo sit relegatus. *Habuit Henricus Lampadius*, hisce verbis rem gestam enarrat Pastor quondam ibidem templi Cathariani, Gasmer, in orat. de V. Lambad. p. B. 7. 6. *per hyemem, ab anno 26. usque ad Festum Paschatos, anni 27. collegam, Johannem Grovium, bonum quidem hominem, sed simplicem & Pontificium. Is, cum in habendis concionibus infeliciores esset, subindeque ex Aristotele, Platone, & aliis profanis Scriptoribus compilata, insuggestum afferret: Lampadius vero summô studio Scripturae textum inculcaret: Dissonantia quadam, inter duos collegas deprehensa est. Cumque Lampadii conciones populo magis probarentur, præcipui aliquot cives ejus Paro-*



rochia, inter quos Autor Sanderus antesignanus fuit, ab amplissimo Senatu contenderunt, ut cum Johanne Grovio per Pastorem ageretur, quo suas, Lampadii concionibus nil nisi verbum DEI redolentibus, attemperaret, & Aristotelem, Avicennam, Isidorum, & nescio qua alia excitata Numina, ab Ecclesia limitibus procul removeret. Agitur cum Johanne Grovio, qui emendationem pollicetur. Cum igitur in die Paschatos sancta, Missa ut vocant, concio, Grovio habenda esset, illeque sibi ipsi diffideret, putaret autem concioni pomeridiana familiam solummodo interfuturam, coram qua videbatur, animo presentiore concionaturus, cum collega horam docendi permutat. Videntes itaque Auditores, Grovium destinata hora non comparere, eo quod sibi metuerat, hora II. pomeridiana. solito frequentiores confluxerunt. Ille, vel more suo, vel quod aliam docendi rationem ignorabat, ter, praemisso themate, ut vocabant, Latine & Germanice: Hæc est dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea, explicationem suam, hunc in modum exorditur: Sic dicit Aristoteles, 2. Phys. c. 7. Id indigne ferens Sutor quidem Johannes Beccerus, nugatoriarum rerum minus studiosus, una cum vicino Pflaumbaum sub initium concionis assurgit, & funem, quo æs campanum pulsari solet aggressus, Aristotelem cum publica infamia, commoto nimirum toto auditorio, ex templo relegat, quemadmodum historia illa plerisque nota est. Obstupefactus Sacerdos illâ turbâ, per pulsum concitatâ, ex suggesto statim descendit, & dimissione à pastore impetrata, ex orbe discedit.

Non

Non nisi ter Apostolus Paulus Gentilium dicta protulit, h. e. ut Zanchius, raro, sobrie, & obiter. Id quod Antistitibus Ecclesiæ notandum.

### Quæstio.

*Joci, sales, facetiæ, lepores, ridicula & scurriles enarrationes, lächerliche Historien und Satyrische Aufzüge / numne hæc cuncta, cum simplicitate, in hominibus sanctius tenenda, simul possunt perstare?*

Resp. Non pauci deprehenduntur, qui nugatorio instructi ingenio fas sibi existimant, jocularibus, in suggesto lascivire dictionibus illaque audientium, ad tantum quandoque excitare risum, ut manus etiam ad laterum subsidia adducere opus habeant. Remotiora exempla, v. g. Eudoxium, de quo Socrates Lib. 4 c. 25. nunc equidem non attingam; ceteriora adsunt. Et hæc inter P. Abraham à Clara, Augustinus discalceatus, & concionator Cæsareus, absque omni contradictione, primas meretur partes. Tractatus ipsius tot tantisque lepide sunt referti dictis, ut histrionicam publice ac gratuita insaniâ exercentibus, palmam possint reddere dubiam. Nonnulla, ut ex ungue leonem cognoscas, (sed optima tua pace) in medium producam. Wenn die Eltern ein Kind haben / welches einen Buckel hat / so groß wie ein Scheerhauffen im Majo: wie schämen sie sich so sehr / wanns in dem Augen schiehlet / daß es zwey Bücher auff einmahl lesen kan / und mit einem Auge in die Höhe / mit dem andern in die Nieder schauet / wie eine Haus-Gans; wie verdrüßet es so starck / wenns auf einer Seiten hincket / wie ein

Hund/ den die Köchin mit den Nudel-Balgen bewillkommet?  
 wie schmerzet nit solches die Eltern/ wanns im Gesicht ein un-  
 geformtes Muttermahl hat/ etwan auf der Nasen eine Kir-  
 schen/dasß der Stengel ins Maul hängt. Was gäben die El-  
 tern nicht darinn/ daß ein Kern-Beisser solches Obst verzeh-  
 rete. Der geringste Leibes-Fadel ist denen Eltern verdriesslich/  
 und sucht man Augen-Arzt/ Zahn-Arzt; Ohren-Arzt; Na-  
 sen-Arzt; Maul-Arzt; Kinder-Arzt und Arhtin/in allen Or-  
 ten und Pforten solches Ubel zu wenden. Aber wenn die Seel  
 ist wie eine Wüsten/ wo nicht Pachomius, sondern ein Bau-  
 chomius wohnt; wann die Seele ist wie ein Tempel/ wo  
 nicht ein heiliger Venantius, sondern eine heillose Venus ver-  
 ehret wird; wann die Seele ist ein Garten/ worinnen nicht  
 Nüsse/ sondern Aergernüssen/ nicht ein riechender Salvi, son-  
 dern ein stinckender Salva venia wachsen; Wenn die Seele ist  
 eine Gassen/ aber nicht bey den zwölf Aposteln zu Wien/son-  
 dern im Sau-Winckel daselbst/ das achten und betrachten die  
 Eltern nicht; das schmerzt sie nicht. Wenn ein Kind den Fuß  
 bricht/ da weinet die Mutter/ da ist nassers Wetter/ als im  
 Heu-Monath. Vid. Judas der Erz-Schelm für ehrl. Leute/  
 Part. 1. pag. 134. 135. Alibi hæcce habet: Wir können nicht al-  
 le mit dem H. Pachomio vom Aufgang der Sonnen bis  
 zum Niedergange beten; wir können nicht alle so lange beten/  
 wie der Heil. Keiwing, deme eine Amsel ihre Eyer in die auf-  
 gehabene Hände geleet/ er aber so lange gebetet/ bis dieser  
 Vogel die Eyer ausgebrütet. Part. 2. p. 389. Adhuc alibi: Ein  
 armer Geistlicher ist einmahl über Land gereist/ und auf dem  
 Wege unter die Mörder und Strassen-Räuber gerathen/ wel-  
 che Raub-Vögel alsobald von ihm Geld wolten erpressen;  
 weilien sie aber wegen seiner freywilligen Evangelischen Ar-  
 muth nichts konten erhalten/ also haben sie ihm auferlegt/  
 entweder er soll ihnen in aller Eyl eine Predigt machen/ oder  
 sie wollen ihm den Kehraus singen. Der fromme Mann be-  
 sinnet

sinnet sich dessen nicht viel / sondern steigt alsobald auf einen alten Stock / und fängt folgende Predigt an. In nomine Domine vergleich ich euer Leben dem Leben unsers lieben HErrn ( die Gesellen spitzten die Ohren hierüber / und hofften eine Lob-Predigt / ) unser HErr hat viel gelitten auf dieser Welt / ihr leidet auch nicht wenig ; Unser HErr ist von einem Ort zum andern gegangen / ihr seyd auch flüchtig hin und her ; Unser HErr hatte nur einen Rock / ihr / glaub ich / habt auch nicht mehr / als diese Kleider ; Unser HErr hat sich in der Wüsten 40. Tage aufgehalten / ihr seyd noch länger in diesem Wald / und Wüsten ; Unser HErr ist vom bösen Feind versucht worden / euch reitet der Teufel eine ganze Zeit ; Die Juden zielten täglich dahin / wie sie unsern HErrn möchten fangen / auch der Land-Profosß lauret euch stets auf / wie er euch möge ertappen ; Unser HErr ist mit Geißeln und Ruyten hart geschlagen worden / ihr habt vermuthlich auch schon einmahl einen Gang durch die Stadt gewagt / und seyd ausgestrichen worden : Unser HErr ist unschuldiger weiß verurtheilet / und zwischen 2. Schächern ans Creutz gehänget worden / ihr werdet auch einmahl / doch schuldiger Weiß / gerädert oder gehencket werden : Unser HErr ist gestorben / und in die Hölle gestiegen / daselbst die Alt-Väter zu trösten / ihr habt nach dem Tod ein Vorthail / daß ihr nicht dürfft in die Hölle steigen / sondern der Teufel wird euch selbst holen / Amen. Die Predigt war aus ; Wie ? sagten diese Böswichte / traust du uns so keck diß in das Gesicht zu sagen / sollst du uns nicht mehr gelobt und erhebt haben damit du dein Leben kontest salviren ? fürchstu nicht daß wir iho gleich dir werden den Rest geben ? Gar nichts / antwortete der Geistliche / nicht ein Haar / denn ich habe Gott bey mir / in meinem Gewissen bin ich mir nichts Böses bewußt / also hab ich nicht Ursach zu fürchten. Part. 2. pag. 327. Plura ejusdem farinae, numero non exiguo, in libris alle-

allegatis, aliisque, quæ hic Asceta in publicam emittit lucem, conspiciuntur monumentis. Quorsum etiam retuleris famosos risus paschales, & omnes Monachorum Legendas, quæ usque adeo, sunt infusæ ac insipidæ, ut præter lutum aut sputum; ut præter sordes aut fuligines, nihil pene ex iis expresseris vel elicueris. At enim vero, numne hæ nugæ christianis auribus sunt dignæ? numne nos possunt instruere ad salutem, quæ est in Christo Jesu? Ubinam in canone ecclesiastico discimus talia? ubinam apud sanctos Patres legimus talia? Nonne animus à seriis sic avocatur? nonne devotio profanatur? nonne sanctitas verbi domini prostituitur? Legatus studiosissimè cavet, ne quidquam proferat, per quod Majestas Regis sui vilescat; & sic etiam orator ecclesiasticus sagaci sollicitudine attendere debet, ne quidquam effutiat, quod negotio, de æterna animorum salute possit esse detrimento. *Sermo vester, ita piissime Apostolus, semper cum gratia sit sale conditus, Col. 4, 6.* Ac iterum: *Nullus sermo putris ex ore vestro egredietur; Sed si quis est commodus ad edificationis usum, ut gratiam Auditoribus adferat, Eph. 4, 24.* In corde nostro multi nascuntur foetus impuri, quando autem id contingit, Apostoli est jussio; ut intra os supprimamus, ne unquam extra dentium & labiorum septa prorumpant. Expressius adhuc in subsequentibus idem vir DEI: *Stultiloquium, μαρολογία, i. e. sermo inanis, fatuus, ineptus, ut ἔυτραπελία (quam facetiam quo-*

quoque appellare possumus ) *ne nominetur quidem inter vos*: ( Ita absit, ut nulla ejus fiat mentio ) Eph. 5. 4. Apage itaque è suggestu omnia improba vocabula; & ut à cibus venenum sic quoq; à sermone, lasciviam spurcitiemque arce. Signanter Bernhardus, ut numero innumera alia. *Inter seculares, nuga sunt nuga, in ore autem sacerdotum sunt blasphemia.* Lib. 2. de Consc. Ad aulas istorum Regum ac Principum, migrare debet hoc hominum genus, ubi lapidissimis ac insulissimis jocis cacinnos quærere, & promiscue quoslibet, impurissimo sale defricare, est integrum. Ecclesiastico autem commendo illud Ecclesiastici: *Verbis tuis facito stateram*, cap. 28, 29. i. e. Libellâ prudentiæ tuæ expendas, ne quidpiam leve & sine pondere proferas. Nil credas detestabilius, quàm Religionum ministros turpitudinem exercere linguâ. *Os justis, sunt verba Salomonis, quæ divino dictitante spiritu protulit, est scaturigo vita.* Prov. 10, 11. Non minus pie, quàm compte B. Heiler: Rede nicht/was nicht zur Fortpflanzung der Ehre Gottes dienet. Suche nicht die Ohren der Menschen zu jücken; sondern die Seelen fertig zu machen. Auf die Kanzel gehöret kein Eulen-Spiegel/ oder andere nichtige Fabeln / so mehr zum Lachen zwingen / als zum Herzen dringen; sondern da sol man nöthige nützliche und erbauliche Dinge vortragen/ dadurch das Herz afficiret und beweget wird. Gottes Wort wird dir überflüssige Materien an die Hand geben / recht zu lehren und zu predigen. Süsse Jesus-Sed. p. 62. Sed inquires: *Blanda jucundaque sunt facetia?* Resp. Sed inutiles, & quod pejus exitiabiles. Nescire, quàm scire easdem, melius.

B b

F a c



Fac circæa pocula ex auro & gemmis esse confecta, num tu, ex iis toxicum potabis? *Instas multitudo applaudit; nec inter Principes Virorum desunt, qui utroque favent pollice?* Resp. Et deformes buccæ suos habent basiatores. Jucundiore pruritu utique titillari amat stulta ac curiosa frequentia. Ad obscœnitatum recitationem, tanquam ad rem mire festivam, mire incipit hilarescere, gestire, solvi in cachinnos. Quicquid vero ad sapientum pertinet censum, id linguæ amat castimoniam, omnesque verborum petulantias, fastidioso velut nutu, despicit. Pro plausu dat: *Obe!* pro laude: *Ab! Vah!* &c. Risu inepto nil judicat ineptius. Quapropter universas nugatum narrationes fugiat Ecclesiæ Præsul sollicitus, & nunquam ex animo labi sinat, quod piissime quondam dixit Hieronymus: *O beata labia, quæ nunquam, quod revocare velint, emittunt!* Dessenlich/ oder für jederman sich lächerlich stellen / ita graviter Matthesius, ein hölzern Gelächter anrichten / und sich leichtfertig als ein Lotter-Bub und Reimsprecher erzeigen / die Leute lachende machen / wie die Papistischen Pfaffen / in der Predigt Bissen reißen / und ein Oster-Gelächter anrichten / das taugt und ist durchaus nichts. Item / lächerliche / leichtfertige und hönische Worte in Versammlung eines Raths und aufm Predig-Stuhl gebrauchen / das gefällt dem guten alten und ernstern Catoni, und unserm D. Luthero nicht. Und hie sol man auch nicht meynen / daß es wohl stehe / wenn wir jungen Leute der guten alten ziemlichen Gewohnheit / und Fehler nachahmen wollen / dieweil wir ihre Tugend nicht können erreichen. Ein lächerlicher Syndicus und Stadtschreiber / scherphafter Bürgermeister / und geysler Lehrer / und ein fürwärtiger

higer unnützer Schwätzer und Possentretzer wird von verständigen Männern verlacht und verachtet/ und ärgert die Leute/ und machet dem Evangelio einen bösen Nachklang. Conc. 4 in Syrac. 19. pag. 113 b. Meminerint Prædicatores Evangelii quid DEO, quid Cherubinis, quid cœtui Christianorum debeat reverentiæ. Finiam verbis ingenui Papistæ Dantis:

*Cum postponitur  
Divina Scriptura, & cum torquetur,  
Non reputatur, quanto sanguine stetit,  
Cum in mundo seminaretur.  
Ut videatur quisque studet, & profert  
Sua inventa: & illa pertractantur  
A concionatoribus & Evangelium tacet.  
Non habet Florentia tot Lappos totque Bindos,  
Quot huiusmodi fabule per annum,  
E suggestu, hic & illic declamitantur.  
Ita ovicule, que hoc ignorant,  
Redeunt à pascuis pasto vento.  
Non dixit Christus suo primo cœtui:  
Ite & predicare mundo nugas:  
Sed verum illis dedit fundamentum,  
Et illud tantum sonuit in ore ipsorum.  
Itaque illi ad pugnam ut fidem accederent,  
Ex Evangelio fecerunt clypeum & hastam.  
Nunc jocis & facetiis itur  
Ad prædicandum, & modo bene rideatur,  
Intumescit cuculla, nec ultra quidquam requiritur. Carm. 29.*

### Quæstio.

*Numne fabulas & apologos, in sacris congressibus  
quandoque adhibere licitum?*

B b 2

Resp.



Resp. Rancidæ, insipidæ, insulsæ, ineptæ, ridiculæ, obscenæ, scandalosæ, nullamque veritatis imaginem præ se ferentes simpliciter e domo DEI sunt effurcillandæ, & in inferorum fundum, quantæ quantæ sepeliendæ. Audiamus primum Apostolorum, hoc est Petrum: *Non arte compositas fabulas* ( sic ipse de se & suis collegis ) *secuti, notam vobis fecimus Domini nostri Jesu Christi potentiam*, 2. Ep. 1, 16. In textu originali habetur vox *μύθος*, quæ sermonem nonnunquam in genere, nonnunquam sermonem mendacem vel fictum significat. Audiamus quoque *ultimum omnium velut abortivum*, i. e. *Paulum*. Quid ipse ad Timotheum: *Profanas & aniles fabulas de vita*, seu ut Ambrosius transtulit, *abnue*, 1. Ep. 4, 7. Fuerunt inter Judæos, qui postquam ad christianorum sese receperant cubilia, plusculas adhuc animo tenebant fabulas quales v. g. de homine facto primum *ἀνδρογύνῳ* ( quod & Plato inter Gentiles statuit, cujus hæc sunt verba: *Ἀνδρογύνῳ γὰρ τότε μὲν ἦν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, καὶ εἶδος καὶ ὄνομα ἕξ ἀμφοτέρων κοινόν.* Tum enim *Androgynum* hominum genus erat, tam forma quam nomine, ex utroque maris ac femina sexus conflatum & conglutinatum. Vid. Euseb. de præp. Evang. lib. 12. p. 585. ) de ejus concubitu cum Lilith; de Dæmonibus inde natis; de Behemoto & Leviathane; de animarum *ἰνδρῶν* ante corpus; de Angelis in sidera & Regiones distributis. Has & hujus tincturæ alias, religiosa sollicitudine vitare debet prudens Ecclesiastes. *Cuncta enim, que le-*  
vita-

vitatem, & secularitatem spirant, è sacra pergula exsunt. Verùm alia obtinet ratio, cum fabulis Æsopiciis, h. e. cum iis, quæ sunt peritæ, ingeniosæ, sapientiæ sale conditæ, & spiritali quadam gratia instructæ, ita ut possint animum movere, & ad salutem, quæ est in Christo, quodam modo erudire. Has nonnunquam licite à doctis atque sacratis viris posse usurpari, indicant sequentia:

I. *Quia DEO ipsi placuit olim, de statu regiminis, populum suum edocere, per apologum.* (Nota apologus dicitur, quia est λόγος ἀπολόγος; nam aliud aperte dicit aliud operte innuit) *de lignis, Regem creare volentibus.* Judit. 9, 8. seq. In quam rem Clericus, vir multa solidaq; litteratura: *Antiquissimus, scribit, apologus, qui quidem nunc exstet; alterum vide 2. Reg. 14, 9.* Notum est, apud Ethnicos postea, usitatissimum fuisse id genus docendi, cujus vetustissimum apud Poetas exemplum legitur. *Oper. & dier. Hesiod. v. 203. Postea Æsopus Phryx, temporibus Cræsi & Cyri id maxime celebravit.* Apologis ad fines sunt parabola, quales sunt in Evangeliiis; sed hæc graviores sunt, & desunt ex rebus, quæ possunt & solent fieri. Vid. Ejus Comment.

2. *Quia Rex David venustissimâ parabolâ, de ovicula, pauperi per vim ereptâ, ad resipiscentiam fuit adductus, 2. Sam 12.* Ubi profundæ eruditionis, exactique judicii Episcopi Josephi Halls nitida & elegantia juvat audire verba: *Es ist nicht dran gelegen/wie bitter die Pille; sondern wie wohl sie verwickelt ist. So weißlich weiß Nathan dieser Dosi ihr Vehiculum zu machen / daß sie beginnt*

zu würcken/bevor sie geschmecket wird. Addit: Nichts ist/worinn die Weisheit mehr ihren Nutzen weisen kan / als in rechtmässiger Zubereitung der Bestrafung/als welche/wenn sie recht gegeben wird/ der ganzen Kranckheit abhelffen kan; da im Gegentheil ein Unweiser/der sie unrecht appliciret/die Natur damit verderbet. Bibl. Gesch. Part. 2. p. 384. seq.

3. *Quia à Patribus aliquando sunt usurpati.* Ita affert Nazianzenus apologum de Echo, contra mulieres: Sic Greg. Niss. suadet christianis, ne Christi nomen, factis ementiantur, ex apologo simiæ, quam præstigiator, in saltatricem exercuerat, natura occultata: quæ tamen projectis in orchestram, à spectatore quodam bellariis, oblita saltationis, & plausuum, ad ea cucurrit, & ne impedimento esset persona, unguibus eam dilaceravit, atque ori detraxit; sic Theod. in Micham, calamitatem populi Israelitici demonstrat ex fabula filiarum Syrenarum. Vid. Car. Regii Orat. christ. l. 3. c. 13.

4. *Quia B Lutherus, tam de libro Judith, quam de libro Tobie existimat, esse poemata sacra.* De libro Judith ita fatur: Etliche wollen/ es sey kein Geschicht/ sondern ein geistlich schön Gedicht eines H. geistreichen Mannes / der darinn habe wollen mahlen und fürbilden des ganzen Jüdischen Volcks Glück und Sieg wider alle ihre Feinde/ von Gott allezeit wunderbarlich verliehen. Gleichwie Salomo in seinem Hohelied auch von einer Braut tichtet und singet/ und doch damit keine Person / noch Geschicht; sondern das ganze Volck Israel meynet. Und wie S. Johannes in Apoc. und Daniel viele Bilder und Thiere mahlen/ damit sie doch nicht solche Personen/ sondern die ganze Christliche Kirche und Königreich meynen.  
Und

Und Christus unser Herr selbst gern mit Gleichnissen und solchen Gedichten umgeheth im Evangelio / und vergleicht das Himmelreich zehen Jungfrauen / item einem Kauffmann und Perlen / einer Beckerin / einem Senff-Korn. Item / den Fischern und Netzen ; item / den Hirten und Schaafen / und so fort mehr. Solche Meynung gefällt mir fast wohl / und denke / daß der Dichter wissentlich und mit Fleiß den Irrthum der Zeit und Namen drein gesetzt hat / den Leser zu vermahnen / daß ers für ein solch geistlich / heilig Gedicht halten und verstehen solte. De libro Tobiaë hæc habet: Was vom Buch Judith gesagt ist / das mag man auch von diesem Buch Tobiaë sagen. Ist's eine Geschichte / so ist's ein fein heilig Gedicht; Ist's aber ein Gedicht / so ist's warlich auch ein recht schön heilsam / nützlich Gedicht / und Spiel eines geistreichen Poeten. Und ist zu vermuthen / daß solcher schöner Gedichte und Spiele / bey den Juden viel gewesen sind / darinn sie sich auf ihre Feste und Sabbathe geübt / und der Jugend also mit Lust Gottes Wort und Werck eingebildet haben; sonderlich da sie in gutem Friede und Regiment geseßen sind. Denn sie haben gar treffliche Leute gehabt / als Propheten / Sânger / Dichter / und dergleichen / die Gottes Wort fleißig und auf allerley Weise getrieben haben. Conf. D. Jo. Henr. Heideggeun / von den Apocryphischen Büchern des Alten Testaments / p. 320.

5. *Quia Spiritus pii Theologi, nil nisi Audientium adificationem industrius quarentes, apologis nonnunquam sunt usi.* Ad testimonium cito Jo. Matthesium, qui Wittebergâ, in vallem Joachimicam evocatus, munus primum scholasticum, dein & pastorale suscepit, & in utroque nominis sui memoriam reliquit. Proposuit hic Theologus Jothami apologum, & in  
tota

tota concione, quæ in ordine, de vita Lutheri est septima, nil nisi ad hanc rem spectantia tractat. Inter alia etiam sic differit: Wir Teutschen brauchen viele gute Fabeln und Sprichwörter von wenig Worten / die aber viel Nachdenckens brauchen / und haften und kleben lange / und podern und rumpeln im Herzen / als wenn man einem ein Floh ins Ohr setzet. B. M. Christ. Scriverius, postquam binos istos apologos, Jothami videlicet Jud. 9. & Joabi, Regis Israelitici I. Reg. 16, 9. paucissimis, nervosè ac ponderosè stiterat, in hæc tandem desinit: Ich nehme hieraus diese allgemeine Lehre / daß die Lehr-Gedichte / wenn sie fein zierlich und geschickt gestellet sind / oft grossen Nutzen schaffen / und ein gutes Mittel sind / dem einfältigen und unverständigen Volk eine gute Erinnerung / und nützliche Lehre bezubringen; Sie sind wie die Hülsen der Schaaalen / darinn der Kern verschlossen ist; Sie sind wie das Wasserlein / welches die Aerzte verordnen / und zubereiten pflegen / einem Patienten die bittere Arzenei bezubringen. Welches bestätigt wird mit dem Exempel des Nathans, der dem David seinem Könige / die bittere Wahrheit in einem süßen Säftelein / nehmlich in einem artigen Lehr-Gedichte bezubringen wuste. Gleich wie die Stifts-Hütte und deren heiliges Geräthe seine Decke hatte / darein es gewickelt ward / wenn es solte fortgebracht werden: Also haben oft hohe und heilige Dinge ihre Umschläge / darinn sie gleichsam verwahret werden / nehmlich die Lehr-Gedichte und Gleichnisse / deren sich unser Heyland vielfältig gebrauchet hat / die Geheimnisse des Reichs Gottes darinnen fürzutragen. Woraus denn billig geschlossen wird / daß es nicht unzulässig / sondern vielmehr nützlich und erbaulich ist / wenn von gottseligen und gelehrten Leuten dergleichen noch heutiges Tages geschichet. Es muß jedoch hierinnen gebührende

bührende Maaß gehalten und alles also eingerichtet werden/ daß der Majestät und Ehrerbietung/ die man dem Worte Gottes und denen heiligen und himlischen Dingen schuldig/ wie auch der Aehnlichkeit des Glaubens / der Gottesfurcht und Erbarkeit kein Eintrag geschehe. Vid. Seelen-Schatz/ part. 4. pag. 65, 66.

6. *Quia imbecillitatis humanae sunt admicula.*  
De imberbi Juvene, Horatius inter alia: *Monitoribus est asper.* Ait non de Juvene imberbi duntaxat; sed & de sene barbato, quin & barbatissimo, id ipsum asseveranter dixeris. Cum enim & hic veniabiles suos existimet reatus, impatiens est correctionis. Oratorio igitur utendum stratagemate, nec tam directe, quam oblique; nec tam manifeste, quam occulte in quo cespitaverit ipse, ostendendum. Molles initio sermones tandem in fine mera fieri debent jacula. Was nicht durch nachdrückliches Einrahten und Zureden auff der Kanzel oder im Cabinet geschehen kan/ muß durch ein Esopisches Thier im Felde oder Walde unvermerckt beygebracht werden/ ita Dominus Roger l' Estrange, in præf. Fab. Æsop. *Altius itidem, ne quid subriceam, mentibus, præsertim plebejis insident, quia sensus plus in iis viget, quam intellectus.* Quocirca etiam Sospitator noster gloriosissimus tot parabolis, in diebus carnis suæ est usus.

### Quæstio.

*Simplex suggestus numme rariora, intricatiora, scrupulosiora, perplexiora, spinosiora ac curiosiora excludit amandatque Zynquaria seu scrutaminula?*

Resp. Per multos invenias, qui istis, quæ ad vitæ

C c

fan-



sanctioris spiritualiorisque rationem faciunt, nullatenus contenti; sed singularia, aliisque indicta, & intacta, operosâ venantes sollicitudine, igneam in supervacuis ostentant ingenii vim, & improba ac temeraria sedulitate, quæ captum superant, & limites sobrietatis excedunt, toto mentis nisu rimantur. Nosse appetunt, quo mense mundus sit conditus, qua ratione digestus? quid ante condituram ejus fecerit DEUS? an ab æterno potuerit existere? an unus tantum sit numero? o' *deiva* pluralitatem ostensurus, ex Evangelio: *Nonne*, inquebat, *decem mundi sunt facti?* cui alter lepide: *Ubi autem sunt novem?* Alii hisce investigandis herculeam ferè ponunt operam: Quo die Angeli sint producti? An Diabolus in primo suæ creationis instanti peccarit? Cur eidem non pateat reditus ad gratiam? Studiosissimè perquirunt: An Adamus & Eva concorpores à DEO sint creati? Cur ex Adamo dormiente potius, quam vigilante Eva sit formata? Cur ex costa? Hæc costa, num fuerit supernumeraria? An umbilicum habuerint primi parentes? An membra genitalia? An dentes divisos? Quæ cuncta iusto fidentius negat Paracelsus, in libro Azoth seu de Ligno & Linea vitæ. Porro: Cujus fuerint staturæ? unde ferramenta acceperint? an ratio comparandi ignem constiterit ipsis? an Adamus rubram, an nigram habuerit barbam? ubi sit sepultus? Quoto cognationis gradu nos eundem attingamus? Anxii sunt in perscrutando: Cujus nam speciei arbor scientiæ

entiaē boni ac mali fuerit? Ficusne, pomusne? Sciscitantur: Quibus armis Abelem trucidaverit Cain? Quo signo hic fraticida, ne occideretur, sit notatus? Instant: Quid Dudaim, quæ Rahel tanti æstimavit; num Andragoræ, ut LXX interpretes causantur; seu, num ficus Indica, quæ Muz, vel Maaz Arabibus dicitur? ut censet illustris Dominus Ludolf, vir omnigena eruditione, linguarumque variarum peritia nobilitatus, quemadmodum in ipsius hist. Aeth. lib. I. c. 9. videre est. Ulterius: Ex qua arbore virga Mosis, miraculorum effectrix, fuerit avulsa? Quomodo Simson tot vulpeculas capere potuerit? An Jephtha filiam suam sacrificaverit? Quoto suæ ætatis anno Salomo genuerit Roboam? Contendunt de Magorum, ex oriente ad Christum recens natum venientium, nominibus, dignitate, patria, loco, sepultura? Ubi strictim id subnectere placet, diabolicum prorsus esse, de quo Gordonius, in libr. medic. qui *Lilium* dicitur, part. I. c. 25. differit: *Si quis ponat os super aurem epileptici, cum est in paroxysmo, & ter recitet tres istos versus, agrum surrecturum; idque frequenter probatum. Versus sunt isti:*

*Caspar fert myrrham, thus Melchior, Balthasar aurum,*

*Hec tria qui secum portabit nomina Regum;*

*Solvitur à morbo Christi pietate caduca.*

Solliciti itentidem sunt, de auro, ab hisce Philosophis oblato: Factumne id fuerit, & signatum; an vero in massa? Enixissime sciscitantur, quot infantes Herodes

rodes Alcalonites occiderit? Quinam fuerint isti bi-  
 ni discipuli, quos Sospitator in vicum ad adducendam  
 asinam ejusque pullum miserit? A quo discipulo, la-  
 vandi factum initium? Ligna an marmorea fuerit  
 columna, cui flagellandus alligabatur Christus? Quis  
 juvenis super nudum corpus sindone velatus? Cur  
 Thomas vocatur Geminus? Quid Paulus in tertium  
 coelum raptus viderit? In Theologia stricte sic dicta  
 scire desiderant: Quomodo DEUS à se ipso esse queat?  
 An alium sibi similem possit efficere? Num malum,  
 quin & odium sui præcipere? In Anthropologia:  
 Utrum, si nullum admissum peccatum, illi iidem ho-  
 mines, qui nunc generantur, in statu naturæ corru-  
 ptæ fuissent generandi? An nati in statu innocentiae  
 actutum in ipso nativitatis exordio, perfectionem na-  
 turæ & usum membrorum, adeoque perfectum &  
 sufficiens robur corporis habuissent? An numerus  
 marium & foeminarum par? Quomodo spiritualis  
 labes peccati in posteros sit derivata? An, si Eva sola  
 peccasset, peccatum originale nihilominus in omnem  
 defluxisset posteritatem? Curiosi sunt proporrò de  
 gratiæ salutiferæ facta dispensatione. Gestiunt intel-  
 ligere: Quare DEUS Judæos, duræ cervicis populum,  
 præ cæteris elegerit, in suum peculium? Quare Ni-  
 nevitis Prophetam miserit, aliis non itidem? Quare  
 uni Genti citius oriri faciat lucem evangelicam, aliis  
 serius? Quare latronem in politici Magistratus ma-  
 nus, paterno incidere passus consilio? Quare furen-  
 tem

tem



tem & minus spirantem Paulum mirabiliter & extraordinaria converterit ratione? Quare Ananiam & Saphiram usque adeo severe, illico in flagranti peccato iverit punitum, cum tamen interdum alios, multis sacrilegiis infames superesse sinat? Circa regenerationis media interrogant: Cur solis masculis in Vetere T. præcepta fuerit circumcisio? Quo remedio usæ sint foemellæ adversus malum hæreditarium? Quare agnus ad Sacramentum Paschatos fuerit electus? Quid sit Baptismus super mortuos, cujus LXX. interpretationes recenset D. Henr. Müllerus, in peculiari Dissert. Rostochii anno 1665. edita? Num Baptismus terrâ possit administrari, cum Christus in ea sit sepultus? Num aere, cum hic clarior sit aquâ, & ubique profset? Num igne, cum hic Spiritum S. maxime significet; Disceptant: Num efficax sit baptismus, si in lingua factitia, quam Germani vocant Rothwelsch/ sit institutus? Acrius insistent: An Christus ipse cum suis discipulis sacra usus sit eucharistia? Qua forma, quove modo panem fregerit? Utrum, si mus roserit hostiam, excommunicandus sit, an devorandus à Missatico, vel honorandus? Quid consecrassent discipuli, si eo tempore, quo corpus Christi pendeat in cruce, consecrassent? Si ad futurum hominis statum fuerit perventum, iterum se nimia exerit taxanda curiositas? Scire sunt cupientissimi: Quo diei tempore resurrectio mortuorum continget? Utrum humores, intestina, capilli & ungues sint reditura? Utrum

1111

C c 3

cor-



corpora cum ab exesīs prodiere sepulchris, calida vet  
 frigida sint futura? Utrum in eadem ætate, in eadem  
 statura, in sexu virili, in vita animali &c. tumulis sint  
 exituri? Qualis clangor tubæ Archæ Angeli in  
 consummatione mundi? Qualis ignis, qui cœlos  
 & terram sit consumpturus? num materialis?  
 num immaterialis? An mundus quoad substantiam,  
 an vero quoad qualitates tantum sit interiturus? Quo  
 die infernus sit creatus? Qua lingua in cœlo nos si-  
 mus usuri? num Hebraicâ? num Græcâ? num aliâ?  
 Disquirunt: Ob ein Verstorbener/wenn er nach wenig Jah-  
 ren/ wie etwan Lazarus nach wenig Tagen wieder lebendig  
 wurde/ sein Vergnügen/ so er Zeit seines Ablebens gehabt/  
 mit Recht wieder fordern könne? oder ob er durch sein Ab-  
 sterben so wohl den Anspruch darzu/ als den Besitz seiner Gü-  
 ter verlohren habe? Und vielleicht haben zu dieser letzten Fra-  
 ge etliche alte Ketzer Anlaß gegeben/ welche die Wiederhey-  
 rachtung deswegen nicht zuließen/ weil sie zum Vorwand an-  
 führten/ daß die erste Ehe zwischen dem verstorbenen Mann  
 und der überlebenden Frau unzertrennet bliebe; daß sie also  
 sich dannhero befürchteten/ es möchte der erste Ehe-Mann  
 dem Letztern dermahleins streitig machen können: wiewohl  
 die Heil. Schrift selbst diese Thorheit mit ausdrücklichen Wor-  
 ten wiederleget hat / Rom. 7. vid. Jean d'Espagne Schrifften  
 pag. 439. In Christologia quot, quæso, captiosa pro-  
 ponunt, & quot interrogatiunculas nectunt? Si A-  
 dam & Eva non peccassent, (en damnosam studio-  
 sitatem!) utrum Filius DEI nihilominus fuisset incar-  
 natus? utrum λόγος potuerit suppositare ( factitium  
 vocabulum pro eo, quod est suppositum, seu perso-  
 nam

nam assumere)? Utrum conveniat personam divi-  
nam ac increatam, in gremium suæ hypostasios re-  
cipere humanam ac creatam? Utrum genus huma-  
num alio modo potuerit liberari, quàm per passio-  
nem Christi? Jeremias Taylor affirmative respondet:  
Gott hätte wohl in den unendlichen Schätzen seiner Weisheit  
und Fürsorgung viel andere Mittel zu unserer Erlösung ausfin-  
den können / als durch die Menschwerdung seines Sohnes vid.  
Hist. Christ. part. 1. pag. 7. Sed negative hanc quæstio-  
nem decidit eruditissimus D. Dan. Ernst Jablonski:  
So jemand fragen wolte ( sic ipse ) ob denn Gott nicht ein  
ander Mittel habe erfinden können / den gefallen Menschen  
zu erretten / ohn eben dergleichen unbegreifliche Wunder vor-  
zunehmen? so würde diese Frage mehr vorwichtig / als erbau-  
lich seyn. Was wollen wir doch Gottes Macht fragen / da  
wir seinen Willen wissen? Genug ist / daß so bald uns Gott  
dieses wunderbare Geheimniß offenbaret hat / selbst unsere  
Vernunft darin eine fürtreffliche Weisheit und Gottgezie-  
mende Wohlauständigkeit bemerken kan. In der Lehre von  
der Menschwerd. pag. 55. Conf. D. Joh. Frid. Mayeri Dis-  
sert: Utrum genus humanum non alio potuerit modo,  
nisi cruenta DEI morte reparari? Cur tam sero ge-  
nus humanum sit redemptum? Utrum particula præ-  
putii Christi, in circumcissione amputata, sit reas-  
sumpta? Vestitus an investis post resurrectionem ap-  
paruerit? Innumerabiles adhuc sunt λεπτολεξιαί, allatis  
hisce multo subtiliores ac intricatiores, in quibus ex-  
ponendis, vel ipsis Apostolis, si de iis sermonem ha-  
bere cogerentur, alio opus foret spiritu. Caveat au-  
tem

smilin



tem Minister Ecclesiæ omni modo, ne hæc & talia in cathedram inferat pastoralementem, idque ob has ponderosas rationes:

I. *Quæstiones ista plane non sunt edificatoriae.* Nihil habent utilitatis, parum saliditatis, multum vanitatis. Dictitante Apostolo, *Theologia est cognitio veritatis secundum pietatem*, Tit. I, I. Sed quid, obsecro, est curiosulorum licenterque sciolorum Theologia? Ars potius, quàm sapientia; theatra verius, quàm ad veram pietatem accommodata. Non domat carnis petulantiam; non generat fidem; non format mores; non regit statum animæ; non proximo proficit &c. Ergo fumus saltem; ergo umbra saltem; ergo nebula saltem; ergo spuma saltem. Verissime *ὁ δεινός*: *Theologus, quod subtilior; eo periculosior.* Desine itaque aranearum texere telas, & ea, quæ animabus possunt, esse medicinalia, solerti industria propone. Informa auditorem, quomodo pie erga DEUM, juste erga proximum, & temperanter vivat erga se ipsum; & sic omnes veri Christiani numeros explevisti. Nauseat Religio argutæ desidiæ aculeos. In esu agni paschalis carnibus vescabantur Israelitæ, ossibus autem abstinebant: sic in doctrina cœlesti ea, quæ prosunt ad nutritionem, sunt consecranda; quæ vero usque adeo sunt dura, ut sua etiam duritie frangant dentes, & ad quævis humani ingenii prorsus retunditur, ea sunt relinquenda. Pro captu audientium igitur docendi modus est accommodandus. Gravissime & sapientissime

tissime Constantinus ille Magnus: *Tales quaestiones, quales nulla lex, Canonve Ecclesiasticus necessario praescribit, sed inanis dissoluti otii certatio proponit, licet ad ingenii acumen exercendum instituuntur, tamen interiori mentis cogitatione continere debemus, & neque in publicos populi conventus efferre, neque vulgi auribus inconsulto concedere.* Quotus enim quisque est, qui rerum tam gravium, tantaque obscuritate involutarum, vim vel satis accurate pervidere, vel pro dignitate explicare valeat? Quod si quisquam est, qui istud se facile efficere, & consequi posse confidat, quanta, quaeso, multitudinis pars, quae possit efficere, vel idem intelligant? Socrat. l. 1. cap. 3. & 4. Juvat hic etiam audire, quae B. Gesenius, vir pia Doctrina, & docta pietate, hanc in rem, sua protulit tempestate: Die Prediger / welche mit hohen schweren Fragen / ( ohne deren Erörterung ein Mensch gar wohl sein Christenthum führen könnte ) die Zeit auf der Kanzel zu bringen / versündigen sich damit sehr / und verursachen / daß ihre Zuhörer manchemahl die allernöthigsten Dinge nicht wissen / darum daß sie so selten davon recht gründlich / neben gehörigen Ermahnungen berichtet / und zu deren Meditation recht angeführet / und noch weniger auff eine gute und dazu nöthige Zeit und eine gute Weile in deren Betrachtung aufgehalten werden ; unter dessen mit unnützen Fragen sich schleppen / deren Erörterung ihnen wenig hilft / und zu ihrer Übung in dem Glauben und in der Gottseligkeit ihnen nichts nuhet / ja sie wohl gar in den falschen Bahn bringet / daß in solchen unnützen Fragen und deren Auflösung das Christliche seligmachende Erkenntniß bestehe. Vid. Epistel = Pred. auf die Neben = Texte pag. 155.

D d

2. Pia



2. *Pia aures ab ejusmodi curiositatibus abhorrent.* Bonæ ac devotæ mentes remedia quærunt, non oblectamenta: Humiliores avent fieri, non subtiliores; Piscatorium amant proponendi modum, non Aristotelicum. Verbo! Albumine ovi ipsis sunt insipidiores frivolæ argutiæ. Gorgiam sciscitanti: *Cur faba ventrem inflent, & non ignem?* apte respondisse ferunt: *Tibi respiciendum istud linquo; Cæterum scio, terram adversus ejusmodi homines producere ferulas.* Fuge itaque o Homo-DEI, fuge omnia subtilia nugamenta, & illud Scaligeri: *Nescire velle, quæ Magister optimus nescire nos vult, erudita est inscitia, auro carius semper habeto.* Tutum est nescire, quod regitur. Scitè Romanus Sapiens: *Quid te torques, & laceras in questionibus, quas subtilius est contempsisse, quàm solvere?* Epist. 88. Resecandæ sunt istæ, non explicandæ; & qui illas profitentur, ut rem eximiam, increpandi potius, quàm disputatione vincendi.

3. *Ludere & non serio rem mysticam agere videatur, qui modo in hunc, modo in illum exspatiatur meteorismum.* Necessaria spernit, non necessaria quærit: Farinam pedibus, lutum tractat manibus. Utinam verò hi minutuli disputatores, ad animum sibi revocarent, quæ Thomas à Kempis, in suo nunquam satis laudato libello, de imitatione Christi, hac super re meditate quondam differuit: *Quid prodest tibi (en verba, ad gloriæ incertæ venatorem directa) alta de Trinitate disputare, si careas humilitate, unde displiceas*  
Trini-

Trinitati? Vere alta verba non faciunt sanctum & iustum; sed virtuosa vita efficit DEO charum. Opto magis sentire compunctionem quam scire ejus definitionem. Lib. I. cap. I. Ac iterum: O, si tantam adhiberent diligentiam, ad extirpanda vitia, & virtutes inserendas, sicut ad movendas quaestiones, non fierent tanta mala & scandala in populo, nec tanta dissolutio in cœnobiis. Certe adveniente die judicii, non quæretur à nobis, quid legimus, sed quid fecimus; nec quam bene diximus, sed quam religiose viximus. Lib. I. cap. 3. Omittatur itaque subtilium, & si ita loqui licet, vermicularum quaestionum vanitas, quibus non pauci ingratis laboribus. Mysteria DEI sunt adoranda, non autem sophisticis argutiis excutienda.

4. *Incomprehensibilia, suâ velle comprehendere sapientiâ, temerarium.* Quàm multa extra cognitionis nostræ sphaeram, in hac mortalitate sunt sita? Præclare Nonnemo: *Nostra scientia est verbum defectivum, cujus clausula hæc: Cetera desiderantur!* Quid itaque curiosissime ac scrupulosissime perquiris, quæ tibi nulla dantur ratione? Audiamus Lutherum, Evangelicæ veritatis acerrimum vindicem: *Voluntatem DEI absconditam investigare, ist den Wind mit Scheffeln messen/ und das Feuer mit Wagen wägen.* Vid. Sylv. sentent. ex Luth. p. 105. Neq; prætereundus hic doctissimus Richardus Victorinus: *Quid prodest (ita ipse ter quaterque bene) quaestionem movere, quam nolitis, aut non possitis solvere? Nonne hoc est cisternam aperire, & sine oper-*

culo relinquere? Quid est ambiguitatis opacum, perplexionisque profundum, argumentando ostendere, quam puteum effodere, vel cisternam aperire? Ad questionem interpositam nullam solutionem reddere; sed quasi indissolubilem relinquere, quid aliud est, quam cisternam apertam, & sine operculo relinquere. Sed si ceciderit bos aut asinus in eam, secundum legis praeceptum, Dominus cisternam reddet pretium jumentorum? Quid est bovem aut asinum in hujusmodi cisternam cadere, nisi simplices quosdam dubitationis laqueos incidere, & perfidia periculum incurrere? Si autem in scientia nostra perit anima pro qua est mortuus Christus, quale, quæso, pretium pro illius mutatione daturi sumus? Quæ ergo explanare non possumus, aut nolumus, nonne melius est, tacendo præterire, quam veritatem obvolvare, & perfidia laqueos spargere? Lib. 1. de Eman. c. 7. Finiam modestissima admonitione Lactantii, Ciceronis (ut vocatur) Christianorum: Sciat itaque, quàm inepte faciat, qui res inenarrabiles querit. Hoc est enim modum conditionis suæ transgredi, nec intelligere, quousque homini liceat accedere. Denique cum aperiret veritatem homini DEVS, ea sola scire nos voluit, quæ interfuit hominem scire, ad vitam consequendam: Quæ vero ad curiosam & profanam cupiditatem pertinebant, retinuit, ut arcana essent. Quid ergo queris, quæ nec potes scire, nec si scias, beator fias? Vid. Inst. lib. 2. cap. 4. in fin. Nervose Nonnemo: Wer mehr wissen wil / als Gott ihn wil lehren / der muß nothwendig den Satan zum Lehrmeister haben.

ben. Apostolus mysterium de Judæorum conversione ingressus, cum videret, esse imperscrutabile, in has erupit voces: *O profundas divitias, tum sapientia, tum cognitionis DEI!* Rom. II. 13.

5. Arcet à questionibus inutilibus passim, in verbo suo, sacer spiritus. *Stultas questiones & genealogias & contentiones ac pugnas legales cohibe: sunt enim inutiles & vana,* ita per Apostolum Tit. 3. 9. Et alibi iterum per eundem: *Noli altum sapere* Rom. II, 20 Et interjectis nonnullis: *Ne sapiat supra, quam oportet sapere; sed sapiat ad sobrietatem* Rom. 12. 3. Ad quæ verba Anselmus haud inconcinne: *Non plus sapere, id est, non plus inquirere, de occultis DEI, quam oportet; id est, quam ad fidem & religiosos mores pertinet; sed sapere ad sobrietatem, ut mens eorum non ebrietur, ut sensum perdat nimietate sapientia, dum in his, quæ supra vires humana rationis sunt, se immerserit; sed moderato intelligentia poculo moderata sit.* Per Salomonem ita clamat: *Scrutator majestatis opprimetur à gloria;* Wer schwere Dinge forschet / dem wirds zu schwer. Prov. 25, 27. Et nonne etiam per figuras, scientiæ intemperantiam fortiter ac efficaciter it refrænatum? Cur enim olim vetuit, ne Moses ad rubum ardentem; ne populus ad montem fumantem propius accederet? Exod. 29. Cur, ne in arcam quis introspiceret? &c. Desine igitur male, & superflua, de DEO quærere; nec circa τὸ διότι nimis sis curiosus, quando τὸ ὅτι duntaxat Spiritus S. tibi revelavit. Liceat rationi



*Quomodo* B. Virginis proponere, ut scilicet instituat; nunquam tamen impune *Quomodo* Saræ vel Zachariæ usurpabit, ut verbo Dominico, per incredulitatem, reluctetur.

6. *Non tam verba, quam fulmina sunt, qua Patrum primores adversus malignam & perniciosam hanc animæ scabiem suo emiserunt tempore.* Chrystomus dicit: *Curiosus & nimis rerum divinarum perscrutator nihil proficit, nihil invenit præter ultimum supplicium.* Homil. 23. in Joh. Hieronymus ad Lætam: *Non rerum causæ; sed rerum Creator inquirendus est:* Augustinus: *Loqui volentes de DEI profundo, mersi sunt in profundum.* De verb. Apost. Serm. 17. Ambrosius: *Scrutari non licet superna mysteria: Licet scire, quod sit natus Filius; non licet; discutere quomodo sit datus. Illud mihi negare non licet; hoc quærere metus est.* Digito itaque compeſce labellum. Spiramina ventorum ora sunt absque auribus; nos coram DEO aures esse debemus absque oribus; Prompti ad audiendum, tardi ad loquendum. Credentes vocamur non Rationales; Ergo sentiendum magis, quam intelligendum. Cave igitur ac iterum cave, O Antistes Ecclesiæ, ne propter arborem scientiæ, arborem amittas vitæ. Les questions subtiles, & argües, sic Gallicum sonat dictum, ressemblent aux ecrevives, il y a plus à éplücher, qu'a mancher.

### Objicis I.

*Christus tamen clara voce dicit: Quærite! Matth. 7.7.*  
Resp.

Resp. Bene! Sed quid? *Εν Φακῆ μύρον, in lente unguentum?* Vana? inania? futilia? subtilia? Absit; Sed *τὸν Κύριον, Act. 27, 27.* Regnum DEI, Matth. 6, 33. Regnum, quod est à DEO; quod agit de DEO; quod adducit ad DEUM; *τὰ ἄνω, quæ supra sunt;* regnum enim DEI desuper venit; Jerusalem est cœlestis, Gal. 4, 26. Justitiam, pietatem, I. Tim. 6. Hæc, hæc sunt quærenda, & quidem *ἰμπελώς, ardentius, fervidius, enixius flagrantius, &c.*

### Objicis II.

*Scrutationes scripturarum cuilibet sunt injunctæ.*  
Joh. 5, 39.

Resp. Sobriæ, salutis sitibundæ; non ingenii ostentatrices, famæ venatrices, & inutilium sectatrices. Talis Berroënsium quondam erat investigatio: Hi audiebant primum Apostolos; audita sibi imprimebant; impressa & cognita ad trutinam Scripturarum examinabant; & examinata Scripturis convenientia, plenarie credebant. Act. 17, II. 12.

### Objicis III.

*Hoc pacto nihil in suggestu tractandum remanebit, vel explicandum?*

Resp. Dum in Noctibus Atticis conscribendis Aulus Gellius nonnullas horas ageret pervigiles, homo ipsi familiaris, in litterarum cultu non ignobilis, magnamque ætatis partem in libris versatus, adiit ipsum, & *adjutum, inquit, ornatumque volo ire noctes tuas;* simulque tradit ipsi librum, grandi volumine, doctrinis.

nisque omnigenis, ut ipse ajebat, præscatentem, ut ex eo sumeret, quantum liberet, rerum memoria dignarum. Avidius cum accipit, non secus, ac si copię cornu esset nactus, & recondit se penitus, ut sine arbitris legat. At quid ibi reperit? Mera miracula! Scilicet: Quo nomine primus appellatus esset Grammaticus? Quot fuerint Pythagoræ? Quot Hippocratæ? De Achillis clypeo; de Telmachi pedis ictu, & alia multa id genus; Quæ cum properans perlustrasset Gellius: "Οναιόσθ, inquit, ο doctissime Viro-  
 ρūm, τάυτης τῆς πολυμαθίας, & librum hunc opulen-  
 simum recipe, nihil ad nostras paupertinas litteras  
 congruentem, quibus hoc unum nobis cordi est:

Ὅττι τοι ἐν Μεγάροισι κακόν τ'  
 ἀγαθόν-τε τέτυκται.

Vid. Noct. Att. Lib. 14. cap. 6. pag. 356. seq. Similiter gra-  
 vissime increpat Seneca, Didymum illum Gramma-  
 ticum, qui quatuor librorum millia, de rebus hujus  
 furfuris scripserat, quæ ut sapienter Philosophus, *de-*  
*discenda erant, si scires* Sen. Ep. 88. Ais: *nihil in sug-*  
*gestu tractandum, vel explicandum remanere, si istæ,*  
*quæ supra alligatæ sunt, quæstiones omitterentur;* Re-  
 spondeo: Sat, satis, abunde, affatim. Nosti, aliud  
 esse spumam, aliud aquam; aliud doctrinam vanam,  
 aliud doctrinam sanam. Necessaria desiderat ἄγιον βῆμα  
 non frivola; salutaria, non inutilia. Hortare acrius  
 ad agendam pœnitentiam, ad corrigendos mores,  
 ad emendandam vitam, ad mortificandam carnem,  
 ad

ad edomandam vitiositatem insitam, ad terrestria despicienda, ad cœlestia suspiranda &c. Speculationes nos aliquando non sunt secuturæ; sed operationes. Quapropter: *Paulo majora canamus.*

### Objicis IV.

*Faciunt hæc ad perfectionem intellectus?*

Resp. Hæc? Quis illud sibi persuadebit?

*Haud pueri id credunt, nisi qui nondum ære lavantur.*

Terræ Filii sæpe sæpius muscerdam, pro pipere; arsenicum, pro sacharo; & toxicum, pro melle, avide solent ligurire. Loquatur Martialis:

*Turpe est difficiles habere nugas,*

*Et stultus labor est ineptiarum.*

*Si facerent etiam ad perfectionem intellectus, do verba excell. Becmanni, Multa tamen alia sunt, ad eandem longe magis facientia, quibus apprehendendis intellectus noster non sufficit, ac proinde istis ut incumbat, tanto minus opus habet. Vid. Lin. Doctr. moral, cap. 3. §. 8. pag. m. 47.*

### Quæstio.

*Numne prudens atque cordatus Doctor, cui rerum cœlestium concredita est dispensatio, citra lesionem simplicitatis, in pulpito sacro, Controversias tractare potest?*

Resp. Potest. Exigit id,

I. *Ipsius munus.* Non satis, ut Antistes sit διδακτικός; sed requiritur etiam, ut sit ἐλεγγτικός: non satis, ut de veritate κατασκευαστικός; sed requiritur etiam, ut pro veritate διασκευαστικός. Judæorum instar Hieroso-

E e

lyma

lyma instaurantium, gestet altera quidem manu trullam; altera gladium: trullam, qua ædificet, gladium, quo ingruentes hostes, operique molestos confodiat. Audiatur Apostolus: *Oportet Episcopum affixum esse sermoni fideli, qui est secundum doctrinam, ut potens sit, & ad exhortandum, in Doctrina sana, & ad redarguendum contradicentes.* Tit. l. v. 79. Verum itaque non solum est inculcandum; sed & falsum ad *ἐπισημασμένον* usque refutandum.

2. *Praxis Christi & Pauli.* Quam fortiter ille Saducæos resurrectionem mortuorum inficientes. Matth. 22, 19. quam alacriter hic Judæos, justitiam in operibus legis, coram DEO, collocantes, refutavit. Præclare Doctissimus Guil. Price: *Officium Pastorum est vera docere, falsa dedocere, errori fortiter obstistere, Zelum Elie imitantium in Baaliticos, Pauli in Pseudo-Apostolos, Athanasii in Arianismum, Cypriani in Novatum, Augustini in Pelagium & Manicheos & Donatistas &c.* in arte Concion. pag. 466. Nec minus egregie Tiburinus Pontifex: *Error, cui non resistitur, approbatur, & veritas, cum minime defensatur, opprimitur. Negligere quippe, cum possis deturbare per-versos, nihil aliud est, quam fovere. Nec caret scrupulo societatis occulta, qui manifesto facinori desinit obviare.* C. error. dist. 83. In opere autem præsentis id maxime annitendum, ne quid refutemus, quod non sit error. Audax res est lingua: Impetit non raro hostem, quem nullum invenit. Frater est, quem putat inimicum.

cum. Ulterius: *Error*, quem refutare aggredimur, *ne sit minutulus*; ab hoc enim nihil periculi imminet gregi dominico, semperque in adiaphoris, aut non satis exploratis, liberum fuit inter ingenuos opinari. Unde & istud: *Opinionum varietas & opinantium unitas non sunt aobſcūta; sed fundamentalis, aut fundamentum proxime attingens*; qualis est, v. g. Si quis satisfactionem Christi, cum Socinianis neget; seu, cum Eunominianis statuatur, homini ad salutem tendenti sanctionem vitæ non esse necessariam. Hi & hujus commatis plusculi proprie sunt objectum usus refutatorii, in cathedra ecclesiastica. Non minus comite, quam vere Samuel Maresius: *Habet Theologia domus suas, projecturas atque pergulas, in quibus liberiores sunt cuique obambulationes, salva fide & caritate. Habet Agnus paschalis & carnes, quæ edantur, & ossa, quæ rodantur. Tam difficile est, omnes, in singulis, etiam minutissimis convenire, cum tantum in enigmate, ut monet Paulus, & per speculum nunc videamus, & non nisi ex parte cognoscamus, quam impossibile est singulos inter se voce, manu, vultu, corporis habitu, aliisque conditionibus individuantibus non discrepare: & interpositis nonnullis: In minus necessariis non ita mordicus est urgenda veritas, quin etiam de caritatis vinculo retinendo, serio cogitetur; sed in fundamentalibus & absolute necessariis, in quibus de summa rerum agitur, quæ Christi personam, officium triplex, ac salutis in eo beneficium mere gratuitum spectant, nec non ea omnia, quæ*

*in formulis consensus ad Ecclesias inter se colligandas reposita sunt, nullo præpostero caritatis prætextu aliquid licet de veritate remittere; hic neque momento cedendum est.* Vid. Orat. de usu & abusu rationis in rebus theol. pag. 638. Superflua itaq; , aut certe non admodum necessaria, quin & ardua & indecisa, à popularibus concionibus sunt removenda: & inter exercitamenta scholarum potius, quàm alimenta animarum sunt habenda. Quæ vero fundamenta fidei quatunt; tremendum nomen Optimi maximi DEI blasphemias impetunt, regnumque cælorum quocunque modo claudunt, ad hæc talia certe connivendum.

*Quæris! Num omnes errores fundamentales Minister Ecclesie debeat refutare? Resp. Non. Occultos enim & intra domesticos parietes latitantes, quid attingit prodere ac manifestare? Differere de illis, nihil aliud est, quam eos serere. Contra indigenas pugnandum. Qui cum Auctoribus quoque ante multos jam annos sunt sepulti, quid iterum juvat eos refricare, & coram promiscuo Auditorum coetu magnificentius, quin & verbosius de istis agere? Medicamenta sanis data plus nocere, quam prodesse solent. Rectè Amesius: *Hæreses veteres, & jam pridem sepultæ, pro concione non sunt ordinarie nominandæ dum operose refellendæ, & ab inferis resuscitandæ; neque enim tantum otii est Concionatori fideli, ab erroribus & vitiis jam urgentibus, ut aliunde querat materiam**

riam pugnandi, neque facit ad adificationem plebis, ut in blasphemis audiendis, & hæresibus discendis detineatur. lib. 4, 26. §. 35. p. m. 244. de Conscient. Et quemadmodum non omnes errores capitales, in sacro suggestu refellere fas est: sic nec apud quoslibet; nec omni pariter tempore id ipsum fieri oportet. Prudentiâ, cujus effigies ignea illa columna, quæ Israelitis per vesta deserta præluxit, hîc apprimè opus. Ast ratione modi, quænam in refutationibus, observanda ais. Fieri debent

I. *Devote.* Nos non disputando, sed DEUS fle-  
ctendo; nos non refutando, sed DEUS trahendo; nos  
non pugnando, sed DEUS vincendo efficere potest,  
ut profligentur ab oculis mortalium caligio & nebu-  
læ. Tam vere, quam pie Joh. Schmidt Theologus,  
ἑοικώς ita vocandus: Heutiges ist es mit vielen Theo-  
logis in der Kirchen dahin kommen / daß sie meinen / durch  
subtile Disputationes und Argumenta könne man den Wider-  
sprechern und falschen Lehrern allein das Maul stopffen: die  
aber sehr untheologisch davon handeln. Es haben zwar Di-  
sputationes und Unterredungen ihren Nutz auch; aber viel  
mehr Krafft hat ein eiferig Gebet zu Gott / welches / wann es  
nicht für den Disputatiouibus hergehet / wird gewiß wenig  
fruchtbarliches ausgerichtet werden / wie man an frechen / auf-  
blasenen und hochmühtigen Disputanten siehet / daß ob sie wohl  
bistweilen eine gute Sache haben / sie doch durch unzeitige Sub-  
tilitât / dieselbe mehr verderben / dann vertheidigen / dieweil  
sie alles ihrer Kunst / Geschicklichkeit / Beredsamkeit und der-  
gleichen trauen / und nicht einmahl gedencken / daß in solchem  
Werck fürnemlich Gott selber die Hand anlegen muß / und

daß er solches thue/ mit eiferigem und andächtigem Gebet/  
 muß bewogen werden. Darum alle Theologi und Predi-  
 ger / wie auch Studiosi Theologiae, die mit Controversiis  
 umgehen und lernen / wie sie die wahre Religion sollen hand-  
 haben / Herr D Lutheri Vermahnung / die er an diesem Or-  
 te thut / wohl sollen behalten: Contra mendaciter dialecti-  
 cantes & dolose rhetoricantes debemus parati esse, ut non  
 solum strenuè reclamemus & objurgemus eos; sed etiam ut  
 diligenter oremus. Wider lügenhafte Disputanten und be-  
 trüglische Schwätzer oder Clamanten / sollen wir nicht allein  
 bereit seyn / daß wir ihn ernstlich widersprechen und sie straf-  
 fen; sondern auch daß wir darneben fleißig beten. Item: Dis-  
 putando nihil proficitur; sed cum verbo externo etiam con-  
 jungenda est oratio: Mit disputiren ist nichts ausgerichtet/  
 wenn man mit den Widersachern zuthunhat; sondern es muß  
 auch das Gebet hinzukommen. Und abermahl Omnis abji-  
 cienda fiducia sapientiae nostrae, etiamsi Verbum Dei sit, quod  
 pro nobis habemus. In Religions-Streiten muß sich ein  
 Theologus ganz und gar nicht auf seine Klugheit verlassen/  
 ob er schon gewiß / daß er Gottes Wort für sich hat / und das-  
 selbe vertheidiget. Concion. in Ps 120. p. 52. Heu! quotus-  
 quisque deprehenditur, id hodie qui observet? Quo-  
 tusquisque qui in has pias erumpat voces: *Res ea non  
 est operis mei; sed tui, O DEVS auxilii?*

2. *Prudenter.* Judicio ante omnia est satisfaciendum.  
 Nisi enim adversarius intellexerit, falsum esse  
 atque haëreticum, quod ipse hactenus pertinaci-  
 ter ivit defensum, nunquam à sua desistet opinione.  
 Frustra clamas: *Absonum hoc! horridum hoc! contra-  
 dictorium hoc! Atheologicum hoc!* nisi argumenta,  
 prop-

propter quæ id sit credendum, in medium proferas. Argumenta autem firma debent esse ac valida; aliàs non animas; sed risum lucraberis. Ea autem sunt firma ac valida argumenta, quæ ex sacratori Scriptura, quæ utilis, non solum ad docendum, sed ad redarguendum, sunt desumpta. Quæ aliunde, sive sint Patrum, sive Conciliorum, sive doctissimorum quorumque suffragia solent afferri, non à se habent, ut iudicium cogant. Illis tunc demum locus est, ubi quid novum, quid antiquum, sub iudice lis est, ut infirmis, qui nil nisi antiquum sapiunt, consulendum. Nec numero sint plura, cum veritatem ampliores discursus, aut involuant, aut errantibus rixandi præbeant occasionem. *Errorum refutatio*, ut sapienter ille, *non longos fert logos*. Idcirco nimia hic absit diligentia. Omnium quoque apices Controversiarum, ab Oratoribus ecclesiasticis, non sunt operosius excutiendi, ac proponendi. Nam maxima hominum pars vestigiis primorum parentum insistit, & naturæ vitio eligit deteriora. Hacpropter judiciosissime Vir excell. Jerem. Taylor: Kein Prediger soll in seinen Predigten dem Volck vorbringen die Gründe der gefährlichen Ketzeren/ ob er gleich sie zu widerlegen gewisset ist; denn viele werden die Objection leichter behalten als die Antwort verstehen. Vid. Append. Concion pag. 496.

3. *Modeste*. In Scholis Anglicis quomodo tempore Viri celeberrimi Joh. Prideaux S.S. Theol. Doct. ac postea Wigorniensis Episcopi disputationes Theologicae



logicæ sint habitæ, id dolens gemensque sequentibus ipse enarrat verbis: *Ignoscendum est mihi, ait, si apertius loquar, qui nunquam didici adblandiri. Aut paralyti hodie laborant in scholis nostris, majorum in disputando impetus; aut ego, quid sit punctum & robuste agere, parum intelligo. Cum descendens è monte, una cum Mose, Ex. 32 significasset Josua, se audivisse strepitum pugnae in castris; respondet Moses: Non est clamor adhortantium ad pugnam vel compellentium ad fugam; sed cantantium potius, (ut revera erat) & circa vitulum saltium. Auditur etiam nimium frequenter in castris nostris Academicis, sibilus & incondita vociferatio: Sed quid? num disputantium prisco fervore, aut argumenta acriter intorquentium? (Facile discernunt advenæ; & erubescunt, qui non possunt excusare) nil profectò minus, sed rixantium, cachinnantium, tumultuantium, instar Bacchi Menadum; diceret Bestiarios potius convenisse in circo, ad tauros canibus exagitandos, quam studiosos in erudito pulvere ad ingenia excolenda; hæret hæc lepra fronti matris nostræ, nec potest tegi quovis dibapho velamine, vel confringenda igitur sunt à Mose nostro statutorum tabula, vel religiosius à vobis sunt observanda. Vid Oper. Theol. pag. 468. At enim vero in scholis Lutheranorum numne res tractatur quietius? numne placidius? numne humanius? Eandem (neque enim diffitebor) & nos instituere opus habemus querimoniam. Quem, obsecro, latent vociferationes inconditæ? quem motus incompositi? quem invectivæ furiosæ & ceteræ*

ver-

verborum five insaniæ, five petulantia, quando ad publicos conflictus literarios est deventum? Vix tanto clamore (ignoscite, o Mei aut magis agnoscite, quod nunc dicam) feriebatur cœlum, cum ab Hannibale apud Cannas, sexaginta Romanorum cæderentur millia, quanto strepitu manuumque pedumque complosione haud raro contremiscunt pulpita & cathedræ, ut non sine ratione quis anceps hæreat, utrum necessitas magis efflagitet, publico edicto duellis interdiceret, quæ fiunt ferro, an lingua? Die Disputanten in der Religion werden mit solcher Bitterkeit und Sifftigkeit getrieben (ita Scriptor anonymus) daß man meinen möchte / die Disputanten hätten alle Menschlichkeit abgelegt / ehe sie zusammen getreten / von der Theologia zu disputiren. Alibi: Die Polemischen Discursus sind zu Pasquillen und Schmah-Schrifften worden. Ac iterum: Der Disputanten Eifer gehet mehr dahin / daß sie ihres Gegenpartes Namen und Gerücht suchen zu verkleinern / als ihm seines Irthums zu überzeugen. Prohibeat DEUS secundum magnam suam misericordiam, ne hoc malum sacras quoque occupet exedras, atque ibidem dominari ac grassari incipiat, quod nemo ficcis, ut scio, intuebitur oculis, qui se christianum saltem meminerit. Emphatica profecto sunt ista Petrina: *Omnis amaritudo, & ira & indignatio, & clamor & blasphemia tollatur à nobis, cum omni malitia.* 1. Ep. 3, 9. Emphatica quoque ista Paulina: *Episcopum non oportet esse percussorem, non iracundum, non pugnacem; sed moderatum, mansuetum, à pugnis alienum, in lenitate adver-*

F f

sarios



*sarios erudientem*, 1. Tim. 3, 3. Tit. 1, 7. Nunquam igitur sic ardeat zelus, ut divina ab eodem exulet modestia. Putasne errantem tuæ adstipulaturum sententiæ, si acerbius in ipsum inveheris, & tam dieaci lingua, quam mordaci penna in eum debaccharis? Insignite B. Gesenius: Es hat sehr viel zu thun / daß ein Mensch einen Irrthum / darinnen er lange gesteckt hat / ablegen möge / sonderlich wenn er darinnen aufgewachsen ist. Darum kan man ihn mit Poltern und Pralen / mit Reissen und Schnarchen / mit Schelten / Berkehern und Verdammnen nicht davon bringen; sondern man muß solches vors erste mit eiferigem Beten zu Gott / zum andern mit liebreichen beweglichen Worten / die aus recht treuen Herzen herfür kommen / und denn mit gewissen und festen Reden und Gründen versuchen und fürnehmen / und dem Irrenden seine Gefahr deutlich und handgreifflich / aus Begierde seiner Wohlfahrt und Seligkeit für Augen stellen; das kan etwas Gutes bey ihm schaffen und ausrichten: Epist. Pred. am Tage der Himmelfahrt Christi / p. 154. Quapropter lenius agere & refutandi modestiâ, adversarii convitiandi libertatem opprimere, cave, o Homo-DEI, obliviscare.

4. *In charitate.* Metropolis quædam est omnium bonorum & totius felicitatis ταμειον, charitatis, concordix mater, ἡ πασῶν τῶν ἀρετῶν προξένος, omnium hæresium victrix atque interfectrix; natas extinguit, & ne nascantur, impedit. Addo: A regno DEI sese separant, qui semetipsos charitate dissociant. Scilicet, alieni a charitate, alieni a divinitate; DEUS enim est charitas. Idcirco Apostolus ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ præcipit.

cipit. Multi existimant, se non posse veritatem defendere, nisi sint audaces, nisi sint loquaces; nisi sint procaces, nisi sint pugnaces, nisi sint mordaces. Bonarottæ (extitisse eundem ponamus,) æmulantur artem, qui vivum hominem suffixit in crucem, ut expressius Christum pingeret morientem. Nunquam apes, in eorum labris, dicentur mellificasse, ut quondam in Platone; sed aranei, sed scorpiones, & id genus plura alia. Opinionis adversæ asseclam, impietatis, inscitæ, falsitatis, mendacii &c. accusare haud erubescunt, licet non raro lis sit de lana caprina, & de tribus Postumi capellis. Quid? Palatum & linguam, postquam semel succo obtrectationis imbuerunt, linguâ in posterum malunt carere, quàm maledicis scommatibus, flagitiosis sarcasmis, & impuris subsannationibus abstinere. Hoccine christianum? Hoccine viris sapientiæ studium professis dignum? Nonne doctrinæ sinceritas aliter propugnari potest, quam cum errantis illusionem, ignominiosa irrisione, vilipendio, dehonestamento &c? Amica semper sit veritas, sed non minus amica charitas. Medicus morbum evertit, non morbidum: Hunc tu imitare! Ama errantem, ut ut non errorem: Ama hæreticum, ut ut non hæresin; Ama naturam, ut ut non culpam; Ama maledicum, ut ut non maledictum. Ama tandem, non quod hic & iste est, sed quod hic & iste per gratiam DEI aliquando esse potest: Non ejusdem aversionem, sed ejusdem conversionem; Et, verbo ut absolvam, magis

dolendo, quam jubendo; magis monendo quam minando, hanc rem mysticam & spirituales tracta. Sic enim fiet, ut & facilius & felicius, de ipsis contradicentium animis sis triumphaturus. Naturæ humanæ indoles, ut vel me tacente constat, hæc est: Irritatur asperis! Uri & secari facilius sustinet æger, quàm morbi foeditatem sibi exprobrari. Extra verborum itaque amarulentiam, mulierculis, quæ olea vendunt, aut furnos aut balnea calefaciunt, dignam, argue; Etsi tibi iræ sunt tuæ, fac ut adsint quoque gratiæ. Hæ, ne nigros capillos, pro albis; nec albos, pro nigris, in urnam conjicias, fortiter impedient.

5. *Perspicue.* De Seneca alicubi observatum legi, quod, dum ornare elocutionem studuit, non satis mentem suam declaraverit. Scilicet, veritas multo fit clarior atque apertior, ubi omni verborum pompa exiit. Carnem si detrahis, venas nervosque conspicias. Stylum itaque elenchiticum ad ingenium popolare tempera. Vita homonymias, quas nonnulli vel captare sciunt, vel declinare nesciunt; Et quoties in refutationibus multas deprehendis interrogationes, multas exclamationes, multas synechdochas, multas Hyperbolas, & cœteras Rhetoricationum delicias; toties tecum ipse: *Hic latet anguis in herba!*

6. *Catholice.* Errores in doctrina ex verbo *ὑποπνεύσει* refutare est aliquid; sed requiritur adhuc plus ultra. Scrupulos, quos ratio humana subinde injicit, & ten-

tatio

rationum jacula, quibus piorum animos petere solet Cacodæmon, tollere atque eximere addecet Antistitem Ecclesiæ; Inprimis vero novum istud Evangelium, quod omnium calamitatum, universum christianum orbem inundantium & submergentium est causa, fervido Spiritu & aciori virtute, impugnare debet atque evertere. Si quæris, quid per novum istud Evangelium sit intelligendum, en descriptionem D. Pauli Tarnovii, celeberrimi quondam Theologi Rostochiensis: *Evangelium novum*, inquit, *est falsum est persuasio inanis de Christo, seu opinio de gratia & misericordia DEI, non ex verbo DEI nota; sed ex arcano consilio spiritus tenebrarum, per ejus administrum serpentem, in fraudem felicitatis primorum hominum obscurius prolata, & post in perniciem posterorum dilucidius exposita & propagata, credulitateque singulorum carnali securitate laborantium conservata, in qua ipse promittit immunitatem culparum & poenarum, salutemque omnibus externum DEI cultum præstantibus & verum Christianismum ore profitentibus, corde abnegantibus, & inani ista persuasione, bona, solis vere constanterque fidelibus promissa etiam ad se, poenitentiam internam non agentes, sed externam & simulatam ostendentes, pertinere statuentibus.* Adversus hunc hostem omnia tela, ut dixi, sunt adhibenda; nam quoad ipse viribus valet, cæteræ aliæ, ab Heterodoxis reportatæ victoriæ, ecclesiam servare non possunt. Tandem, nec id omittendum: Disputator semetipsum



prius convincat necesse est, summum ac maximum sese esse peccatorem, quæ ars disputatoria omnium est beatissima ac quæstuosissima. Wer sich kan überwinden (ita eleganter **Ægidius Henning**) daß er glaubet / er sey unter allen Sündern der vornehmste und grössste; wer sich selbst kan widerlegen und überwinden / der ist recht vernünfftig / und hat die seligste Disputir-Kunst gelernet. Sonsten achte nicht eines Pfifferlings werth dieselbe / welche andere ihrer Eitelkeit überweist / ihre eigene aber weder siehet noch glaubet. Ja eben daher kommet eitel Dunst / der jückende Lust / andere zu urtheilen und zu verdammen; Zänckerey und Rotten; der verdüsterte Sinn / daß man immer lernet / und doch immer zur rechten Erkänntnis Gottes und seiner selbst kommet; das schändliche Verkehren; das liederliche Verurtheilen; die greuliche Lieb zu seiner Meynung; die Anspenyung der einfältigen Wahrheit. Mit einem Wort: alles verkehrtes im Verstand und Willen.

### Quæstio.

*Respuitne omnes in universum novas interpretationes simplex suggestus?*

Resp. Per novas interpretationes istas intelligo, ubi quis hunc vel illum Scripturæ textum aliter explicat, ac à cœteris Ecclesiæ Doctoribus consuecte fieri solet, attamen juxta analogiam fidei, & cum apodixi seu demonstratione. Tantum vero abest, ut ejuscemodi interpretationes nauseet simplex cathedra, ut potius appetat & exosculetur easdem. Ratio, quia

I. *Scriptura sacra hoc modo intelligitur punctius.* Ante Concilium Nizænum plerique prisicæ Ecclesiæ Doctores, si satis dilucide, certe non satis circumspecte,  
de

de S. S. Trinit. mysterio sunt locuti; nec ante Pelagium caput religionis, de gratia divina, satis expolitum, ac discussis omnibus, quibus obsidebatur nebulis, ad serenitatem fuit redactum.

2. *Non omnia Veteribus ita sunt enucleata ac eviscerata, ut illustrari nequeant amplius, aut addi quippiam, ad ejus explicationem possit.* B. noster Pfeifferus iis ingeniis nihil infelicius putat, quæ Majores nostros nihil ignorasse, mordicus tenent. Addit: *Omnibus patet veritas; nondum est omnis occupata; multum ex illa etiam futuris relictum est.* Vid. Praef. ad dub. vexat. Spectant huc etiam quodammodo verba Romani sapientis: *Veniet tempus, quo ista, quæ nunc latent, in lucem dies extrahat, & longioris ævi diligentia. Veniet tempus, quo posteri nostri tam aperta nos nescisse mirerentur.* Lib. 7. Nat. Q. C. 25. Trita equidem sententia sic habet: *Nihil hodie dicitur, quod non dictum sit prius.* Verum perquam nitide doctissimus d' Espagne: *Niemand wird es leicht bejahen dürfen / daß dieses Axioma allemahl wahr gewesen sey? Nicht wahr ist es gewesen in der Philosophie, in welcher die Natur und Erfahrung von Zeiten zu Zeiten viel Dinge geoffenbahret / welche denen Alten ganz unbekant gewesen. Auch nicht in der Politischen Weisheit / in welcher die vielerleyen Begebenheiten zu solchen Gesetzen Anlaß gegeben / auf welche sich unsere Vorfahren nicht etumahl besonnen hätten. Auch nicht in denen Mathematischen Künsten / durch welche noch alle Tage so vielerley Handgriffe erfunden werden / an welche bey vorigen Zeiten niemahlen gedacht worden ist. Auch nicht in der Historie / derer Geschichte*

schichte sich von Tage zu Tage vermehren / und ins künftige neue Welt-Händel nie ermangeln werden. Auch nicht in denen Mechanischen Künsten / derer bey diesen letzten Zeiten noch gar viel erfunden worden / und welche ins künftige zu Erfindung noch andere mehr Anleitung geben werden. Es redet aber der Prediger Salomo, welchen man hierwider anzuführen pfleget / von nichts / als von den ordentlichen Lauff der Natur / und von solchen gemeinen Zufällen / welche sich zu allen Zeiten zutragen / und allen Menschen begegnen können. Denn die Herfürwachsung und Verwesung deren sublunariſchen Körper / das Leben und der Tod / das Lachen und Weinen / die Glückseligkeit und Widerwärtigkeit ꝛ. sind nichts neues unter der Sonnen. Allein / hierbey könnte man noch ferners einwenden / daß die Theologie gleichwohl eine vollkommene Wissenschaft wäre / welche alle ihre Principia oder Gründe / und alle ihre Materien und Zubehörungen in der Schrift hätte / zu welchen man nichts sehen weder könnte noch dürffe. Nun ist dieses wohl wahr / allein / man verstehet noch nicht alles was in derselben enthalten. Daß also auch noch nicht alles / was zu derselben Erklärung vorbracht werden möchte / gesagt ist. Es sind viele Sachen in ihren Historien / in denen Propheten / in denen Moral- und Ceremonial-Gesetzen / des alten Testaments / in denen Geheimnissen des Gesetzes ꝛ. deren vollkommener Verstand uns noch nicht zu Grunde aus bekant ist. Es ist eine tölpische Vermessenheit / daß man dafür halten sollte / daß die Theologie ( wenn wir gleich alle unnöthige Curiositäten ausgesetzt seyn lassen ) nicht zu vielen gar schönen / und noch niemahls erhöreten oder vorgebrachten Betrachtungen Anlaß und Materie hergeben könnte. Ich geschweige / daß so vielerley Prophezeungen darinnen vorhanden / derer Erfüllung man noch zu gewarten / von welchen allen diejenige / welche derselben Ausgang erleben sollen / mit einer weit voll-

kom-

kommenern Fertigkeit reden werden/ als etwan wir/ die wir sol-  
che Erfüllung noch erwarten müssen. Daß also klar und am  
Tage ist/ daß noch nicht alles/ was hiervon vorgebracht wer-  
den könnte/ gesaget sey. Über dieses/ so sind vielerley Propo-  
sitionen/ welche/ ehe und bevor sie recht erfolgen/ nicht in der  
Wahrheit gesaget werden können. Ehe als unser Heyland aus-  
rieff: Es ist vollbracht/ kunte ers nicht sagen. Es wird eine  
Zeit kommen/ daß man wird sprechen können: Nun ist die  
Aufferstehung vorbey/ welches noch niemand / ausser etliche  
Ketzer/ gesagt hat. Vid. Opera ipsius, pag. 436. Scriptura  
S. est inexhaustus thesaurus; *Mare*, ut cum Grego-  
rio M. dicam, in quo *Elephas natat*; *agnus peditat*. Sie  
giebt alle Tage was Neues/ prout Bugenhagius dicere  
fuit solitus. Vid. 13. Conc. Matthesii de Hist. Lutheri.

3. *Donum prophetandi, hoc est Scripturam S. expli-  
candi, DEVS varie distribuit. Sunt distinctiones dono-  
rum; sed Spiritus idem, sic Apostolus I Cor. 12, 4. Ne-  
mini omnia, omnibus plurima; singulis aliqua; sin-  
gula, diversa singulis contingunt. Et si fides habenda  
Salmeroni, Interpretes, quo juniores; eo perspicaciores,  
In Rom. 5. Disp. 51. Archi-Præsul, Josephus Hall insi-  
gnitè: Die jüngern Ausleger sind gleich denen Zwergen/ wel-  
che auf eines Riesen Schultern sitzen und gucken ihm über den  
Kopff weg/ denn sie sind viel höher als der Riese selbst. Vid. alte  
Relig. p. 78. Inter *admirata* itaque non est referendum  
simpliciter, ut hodie in lucem nonnullæ protrahan-  
tur expositiones, quæ receptis meliores sint ac sa-  
niores.*

4. *Idem sui ipsius expressis suffragiis testatur nostra-  
tium*

Gg

*tium Theologorum Chorus.* B. Calovius hunc in modum: Das Wachsthum und Zunehmen an der Erkänntniß der wahren Glaubens-Lehre soll in der Christlichen Kirche/ unterm Prætext einiger Neuerung/ nicht gehemmet oder verwehret werden/ wo man nicht die Gaben des Heiligen Geistes mit Gewalt dämpffen/ und daß sie sich nicht zur Erbauung der Christlichen Kirchen äussern dürffen/ verwehren wolte/ welches nichts anders seyn würde/ als wider Gott streiten. Pergit: Wiewol nun gründliche und zum Wachsthum an der Erkänntniß der wahren Glaubens-Lehre gehörige Erklärungen/ die etwa zwar nicht also bekandt und in Übung gewesen sind/ sondern erst neulich in der Heil. Schrift vermercket/ und daraus hervor gebracht worden/ eigentllich zu reden keine Neuerungen sind: Denn sie sind in der Heil. Schrift gegründet/ und ihren Gründen nach so alt/ als die Heil. Schrift selbst/ doch aber/ wenn Neuerung genennet wird alles/ was zuvor nicht also distincte bekant/ und in Übung gewesen ist/ ob es gleich nur *ratione naturæ cognitionis* neu; *ratione rei substratæ* aber in der H. Schrift fest und wohl gegründet ist/ und daraus erst erkläret und herfür gebracht wird/ so gehen diejenigen viel zu weit/ welche gar von keiner Neuerung in Theologia hören wollen/ und daher stets und öftters zur Ungebühr mit *Novatoribus* um sich werffen/ der Meynung/ was auf einigerley Weise neuerlich ist/ und zuvor nicht also gelehret oder erkläret worden/ wie etwa jeho/ oder auch ins künfftige geschehen möchte/ das sey auch verwerfflich und verdamlich/ und bedürffte keiner weitem Untersuchung/ welche doch manchmahl selbst rechte eigentliche *Novatores* sind/ und mancherley ungegründete und in der Christlichen Kirche unerhörte Dinge auf die Bahn bringen/ gleich als wären sie berechtiget/ *Novitäten* in Theologiam einzuführen/ und was sie einführen das müsse gelten/ ob es gleich in der Heil. Schrift nicht gegründet/ und also *ratione nostræ cognitionis*, und zugleich  
auch

auch ratione rei substratae eine rechte verwerffliche Novität oder Neuerung ist. Vid. Histor. Syncret. p. 1026. seq. B Joh. Winckler in seiner Schuß- und Anrede/ an den Autorem der ausführlichen Beschreibung des Unfugs und Wesens der Pieristen: Daß man diese und jene Derter der Heil. Schrift anders/ als etwan andere Doctores, jedoch nach der Ähnlichkeit des Glaubens und mit Beweisung ausleget/ scheint etwas neues zu seyn; aber gleichwol ist es keine Neuerung. Gott theilet die Gabe der Weissagung wunderbarlich aus/ daß nicht allein die vorigen/ sondern auch folgende Lehrer ihr Maas zu empfaben/ und also mehrere Reihung haben/ die Heil. Schrift in guter Andacht zu untersuchen: Daher so Gott erleuchtete Augen des Verstandes giebet/ in einem und andern Orte das einzusehen/ welches andere nicht erkannt/ ist es eine neue Gabe; aber in der alten Wahrheit/ und keine Neuerung. p. 17. Domini Autores derer unschuldigen Nachrichten ajunt: Die Meynung unserer Theologen/ wenn sie den Spruch: Es ist noch nie eine Weissagung 2c. 2 Petr. I. anführen/ ist nicht/ daß sie alle genauere exegetische Untersuchung verbieten/ und absolute an die alte Erklärung binden wollten. Ad annum 1709. p. 554.

5. *Idem praxis eorundem comprobatur.* Quot enim in ipsorum scriptis passim novæ occurrunt interpretationes? Vir summe rever. Dom. Joh. Fechtius An. 1706. hanc quæstionem: *An moribundis committi queat, ut pridem defunctis amicorum superstitionum nomine, salutem nuntient?* publice proposuit, atque eandem affirmative decidit. Locum Evangelistæ Lucæ cap. I. v. 35. illustraturus, in hæc descendit verba: *Simplicius, me iudice, est, per virtutem altissimi, vim divinam supernaturalem, quæ Mariam non tanquam ignis, (qualis in se*

est DEVS, Deut. 4, 24. Ebr. 12, 29. ) consumeret; sed  
 tanquam umbraculum, ab astu defenderet & adeo fecundaret. (sicut semen in terram projectum, umbraculo  
 contegitur, ne à nimio solis astu suffocetur) intelligi, quam  
 ipsum filium DEI, in utero Mariae tanquam sub Chuppa  
 obumbratum. Ille enim sensus quamprimum audiuntur  
 verba, menti naturaliter & promptissime illabitur; hic  
 vero ob verbi activi in passivam significationem muta-  
 tionem, obumbrabit pro obumbrabitur, non nisi cum arti-  
 ificio & renitentia quadam. Locum i Joh. 2, 18. hunc  
 in modum παραφραζει: Filioli mei, Judaei, ad quos scribo,  
 quos ab amore hujus mundi & fœdis carnis concupiscentiis,  
 variis usus argumentis, serio hæcenus dehortatus sum,  
 nunc novum addo, ex præsentissimo periculo desumptum:  
 Extrema hora est. Imminet πανωλετρία Vestra  
 reipublica. Venient brevi Romani & omnia devastabunt.  
 Judaei pariter & Christiani, quotquot in Judæa morantur,  
 bonis omnibus exuti mittentur in exilium. Sisto vobis  
 ante oculos non obscurum hujus rei indicium. Audistis ex  
 Pauli Epistolis & Concionibus, quod sub finem mundi  
 Anti-Christus magnus venturus & post eundem mundus  
 brevi interiturus sit: ita ego quoque vobis dico, jam nunc  
 Anti-Christos multos minores, abnegantes Patrem,  
 Filiumque, factos esse atque inde vos pariter cognoscere  
 debere, quod ultima instet imperii Judaici hora. Itaque  
 mundo valedicite & æterna cogitate. Hæc interpretatio  
 omnibus ejus temporis circumstantiis conveniens est &  
 mitigat duritiem extrema hora mundi, pro  
 tem-

tempore duo millenia mundi finem antecedente intel-  
lecta. Vid. Corollaria Histor. Caini & Abelis notis Crit. Phi-  
lolog. & Theol. illustratae. Verba Hiobi cap. 4, 21. quæ  
noster Lutherus sic transtulit: und ihre Ubrigen vergehen  
und sterben auch unversehens / felicissimus sacrarum litte-  
rarum Interpres, Sebast. Schmidius, in sua versione  
(qui partus equidem Benoni videri posset, cum spiri-  
tum super hoc foetu emiserit; sed moderante Patre  
coelesti, Benjamin est factus) ita exprimit: *Nonne  
excellencia ipsorum, in ipsis sublata est? Moriuntur &  
non in sapientia.* De amissa igitur ac deperdita ima-  
gine divina tractat hic textus, quod etiam, & prolixè  
& solide B. D. Franz Julius Lütken in primâ concione  
de Beatitudine coelesti ivit ostensum, quæ utique vi-  
dendus. *Baptismum super mortuis*, I Cor. 15, 29. mo-  
do nominatus Schmidius, per baptismum ceremonia-  
lem V. T. explicat, & sensum Apostoli hunc causatur:  
*Nostis, quod in V. T. DEVS per Mosen instituerit, ut  
quisquis mortuum tangeret, immundus esset, cogeretur-  
que tertio die baptizari: quem eundem ritum hodieque  
multi inter nos christianos, qui ex circumcissione conver-  
si sunt, ita observant, ut adhuc super mortuis baptizentur.  
Ritus vero ille ceremonialis, quare olim institutus est?  
nonne propterea, ut esset aliquod testimonium resurrectio-  
nis? Certe hunc in finem adhuc usurpatur ab iis, qui  
super mortuis baptizantur. Quodsi vero, ut quidam in-  
ter vos contendunt, mortui non resurgunt: frustaneus  
erit ille ritus & intolerabilis, fallit DEVS, qui ritum*

eundem in commonefactionem resurrectionis mortuorum instituit. Disp. Theol. in 8. pag. 396. Danhauerus & Scherzerus (heu quanta lumina!) negant ac pernegant Christum ab hominibus, in scholis fuisse informatum. Noluit Christus, sic prior, ordinario modo in scholis informari, ne videretur, per Cabalam ac hominum doctrinam profecisse, sibi que assereret illud, de magno Propheta, celebre vaticinium, cui DEVS ipse in os verba sit daturus, Deut. 18. Vid. Theol. conscient. Tom I. p. 429. Internum doctorem habuit, sic posterior, propterea que ut scholas frequentaret, opus non fuit. Colleg. Anti-Socin. Disp. 49. de offic. Christ. Proph. pag. m. 449. Sed Magnif. D. Joh. Frid. Mayer affirmativam tuetur, & probat suam sententiam hisce dictis: 1. Christus more aliorum puerorum, butyro & melle educatus fuit, & in tenera etate nescivit discrimen boni & mali, Es. 7. Ergo in pueritia Præceptores habuisse eundem, credendum est. 2. Etate & sapientia profecit. Luc. II, ult. Ergo credendum est, Præceptorum ductu fecisse scientiæ profectus. Vid. Dissert. de Præceptoribus Christi. Doctif. Val. Ern. Löscher / in expositione textuum biblicorum etiam nonnunquam à trita ac calcata declinavit semita. De hora crucifixionis Christi acturus ita inquit: Ich wil im Namen Gottes ohn eitele Einbildung dasjenige eröffnen / was mir mein Gott auf Gebet und fleißiges Überlegen der streitigen Biblischen Worte geschencket etc. Vid. Evangel. Zehenden Part. II. pag. 222. Ad comma 2. Cap. 4. Epist. ad Hebræos dicit: Es hat die Göttliche Süß-

Führung mir armen Werkzeug absonderlich die unvergleichlich durchdringende Redens-Arten mercken lassen / welche hin und wieder fast unverrückt in Heil. Schrift vorkommen. Et post nonnulla: Es hatten zwar die Juden in der Wüsten auch das Wort Gottes gehöret / wie wir es hören / es habe sie aber nichts geholffen / *μη συνηραμέρος*, weil es nicht mit verdauet worden / denen die es höreten / welches der sel. Lutherus aus Mangel recht verständlicher deutscher Worte gegeben / da nicht gläubeten / die es höreten. Diese Redens-Art / daß das Göttliche Wort mit verdauet werde / ist von vortrefflichen Nachdruck / und ein rechter Edelstein der Schrift 26. pag. 293. seqq.

6. *Necessitas haud raro à tritiori recedere cogit via.* E. g. Locus Prov. 24. 16. à multis, de lapsu in peccata exponitur; ast si penetrantius inspicitur, non de lapsu in peccata; sed de lapsu in miserias & calamitates, in pericula & damna agere deprehenditur. Hoc innunt i. antecedentia. *Non insidiaberis, impie, habitaculo Justi, neque vastabis accubitus ejus*, i. e. noli insidias ponere contra domum justii. 2. Consequentia; *Impii corrueunt in malum*, h. e. desperatione absorpti non surgunt à malo; sed perpetuo dolore se cruciant & torquent. 3. Loca parallela, ut Ps. 34. 20. *Multa sunt afflictiones justii; sed ex omnibus illis eripit eum Jehova.* Item Ps. 27. 24. *Quum cadit justus, non dejicitur, quia Jehova sustentat manum ejus.* 4. Glossa marginalis B. Lutheri: Gott hilfft immer auf dem Gerechten / wie oft er vererbet und vertrieben wird. Voces: *De die*, in textu originali prorsus non habentur; Clemens Octavus

Et avus illas in sua editione correctæ expunxit ; Et si conjecturæ aliquid tribuendum, ex Luc. 17, 4. sunt intrusæ. Porro Locus 2. Petr. 2, 11. communiter sic proponitur : *Angeli fortitudine & virtute cum sint majores, non portant adversum se execrabile judicium,* ita Vulgatus. B. Lutherus hunc in modum : *Sodoch die Engel/ die grössere Stärke und Macht haben/nicht ertragen das lästerliche Gericht vom HERRN.* Verum enim vero, hæc si fixius amussatiusque perpenduntur, non subsistunt. Sensus Apostoli Petri est hic : *Carnales homines non debent Magistratus calumniis lacerare.* Quare? *quia ne Angeli quidem, qui tamen hominibus multo sunt meliores ac prastantiores, judicium blasphemum, adversus dignitates debent ferre. Ferre, inquam, non portare.* Nam Græca phrasis : *Φέρειν κρίσιν βλάσφημον,* non significat portare judicium blasphemum passivè ; sed ferre judicium blasphemum active. Id quod etiam textus parallelus ex Epistola Judæ vers. 9. dilucide confirmat : *Michael Arch-Angelus ( Angelus eximius ) quum disceptans, cum diabolo differeret de corpore Moysis, non ausus est judicium inferre blasphemiæ ; sed dixit : Increpet te Dominus.* Blasphemia quævis convitia & maledicta significat, atque sic inferre judicium blasphemum nihil aliud est, quam acrius objur-gare, convitiisque ad ulterius certamen lacescere. Quod si ergo Arch-Angelus nulla ausus est uti amarulentia, vel execratione in diabolum, quantum debet esse ( colligit Judas ) eorum flagitium, qui tam  
proter.

proterve superioribus insultant? Nihil clarius! Inter Pontificios obtinet hæc sententia: *Apostolum Paulum Evangelium suum, quod Gentibus annuntiavit, in tertio addidicisse cælo*; nec desunt inter Lutheranos, idem qui sentiant cum Pontificiis. Der Apostel Paulus/ sic Johannes Mollerus, der seine Weisheit im dritten Himmel studiret und gelernet hat/ befließiget sich uns derselben theilhaftig zu machen/ wenn er in &c. also schreibet. Vid. ipsius formulas concionat. cap. I. At enim, quæ Paulus in tertio cælo audivit, ἀρρητα fuerunt ρήματα, ineffabilia verba, quomodo id de ejus dici potest Theologia? Per plures etiam jam annos docuerat Gentes, priusquam raptus in tertium cælum contingeret. Ergo in tertio cælo suam non est edoctus Theologiam. Statim post conversionem ingressus est Synagogas, & Jesum prædicavit. Act. 9, 20. Conf. vers. 29. Nihil quoque de hac meminisset revelatione, nisi Corinthii ad hoc eundem coëgissent, 2 Cor. 12, 11. Ex quo iterum fit manifestum, in tertio cælo, Theologiam Paulo non esse communicatam. Conf. D. Georg. Mœbii Select. Disp. Theol. p. 417. seqq. Receptior itidem est opinio, Christum in ingressu suo Hierosolymitano, & asina & pullo insedisse successive. Lyranus in Marcum: Non sedit super utrumque simul; sed successive, quia primo sedit super pullam, qui tamen non erat domitus, quia adhuc non fuerat applicatus humanis usibus, ut habetur Marc. 11. & Luc. 19. ideo postea sedit super asinam. Solch Ding (verba sunt plur. rever. D. Joh. Mulleri) geschicht viel im gemeinen Leben/ daß ein reisender Mann zwey oder drey Pferde

H h

hat/



hat/ mit welchen er abwechselte/ also daß er von dem einen absteige/ und wiederum auf das andere sitze / warum solte das Mesias nicht thun können? In *Judaismo*, pag. 895. Sed Christum, non Asinæ; sed pullo tantum insedisse, ex Evangelistis pressius si eos fueris contemplatus, oppido apparebit. Totum hocce negotium certis thesibus feliciter expedivit M. Bened. Rosbergius, quas etiam, cum in paucorum sciam manibus, hisce Lectori benevolo communicare haud pigrabor:

## I.

Rex Sion Jesus Christus in ingressu suo Hierosolymitano, tantum pullo insedit, & non ipsi etiam asinæ. Hoc enim neque Propheta prædixit, neque ullus Evangelistarum factum perhibet.

## II.

Prophetæ verba sic habent: *Verocheb al chamor veal air ben athonoth*, h. e. & equitans super asinum, & super pullum filium asinarum.

## III.

Hic tria sunt vocabula: Chamor, asinus: Air, pullus: Athon, asina.

## IV.

Quæritur jam, super quodnam pecus arcadium Regem Sion equitari oportuerit, an præter pullum, de quo controversia non est, etiam super asinam?

## V.

Commentatores fere omnes hoc affirmant, & à Christo factum esse contendunt, ego vero contra nego,

nego, & neque prædictum neque factum esse constanter dico.

VI.

Illi opinionem suam hauserunt ex historia de ingressu Christi in urbem Hierosolymam, ubi ex anniversaria prælectione Evangelii, secundum Matthæum, ipsis notum est, Christum sibi adduci curasse tam asinam, quam pullum; hinc ratiocinati sunt; sed falso, eum etiam utrumque animal conscendisse, & quidem alternatim: cum tamen Evangelista hoc non dicat, & in progressu monstrabitur.

VII.

Ad hanc suam præconceptam falsam opinionem postea Prophetam commodare magnopere laborarunt, sed frustra. Propheta enim nihil minus dicit, non dicit Regem Sion super Athonoth seu asinam aliquam sessurum, sed super Chamor & super Air.

VIII.

Jam probari nullo modo potest, quod Chamor sit foemininum; sed est masculinum tantum, quemadmodum etiam præcipui Interpretes illud ἀσινῶν per asinum reddiderunt, ubi igitur est asina?

IX.

Verum ut opinioni suæ falsæ patrocinium aliquod compararent, & procul dubio etiam absurdum vitarent, de duobus asinis masculis, Vaf nimirum copulative exponentes, de quo postea dicetur Thesi 21. &c.



egregie vocabulo illi vim fecerunt, & Chamo φιλυκῶς  
per asinam sunt interpretati.

X.

Quod ut est errorem errore cumulare; Sic etiam plane est ἀσύντατος, nam sic Air seu pullus non matrem suam, quæ ex Athonoth futura fuit, sed aliam quandam asinam, quæ Chamor diceretur, & ejus mater non esset (non enim filius ejus, sed filius Athonoth nominatur) secuturus fuisset.

XI.

Neque eos quicquam sublevat, quod apud Matthæum, in allegatione hujus dicti, vocabulum Græcum ὄνος, absque articulo positum est, quasi etiam de asina possit intelligi.

XII.

Et sane Interpretes Latini omnes, quotquot ego vidi, vocabulum hoc, in genere fœminino reddiderunt, sed male.

XIII.

Nam absentia articuli nihil ad fœmininum genus quicquam facit, ut potius inde colligere liceat, vocabulum hoc esse masculinum.

XIV.

Siquidem in dubiis, genus præstantius eligitur, quid non fieret hic, ubi mere dubium non est, terminatio utique est masculina.

XV.

Quod vero idem vocabulum, sub terminatione masculina.

mascu-

masculina, interdum etiam foemininum est, fit quod lingua illa aliud, quod terminatione foemininum sit, non habeat, sed tunc semper articulus seu adjectivum aliquod foeminini generis additur.

XVI.

Quod cum hic non fiat, vocabulum illud <sup>ovos</sup> nequaquam generis foeminini esse potest.

XVII.

Etsi maxime de genere vocabuli illius propter absentiam articuli dubitassent, & ea quæ jam dicta sunt, nullius essent momenti, merito tamen ad Ebraeum Chamor, unde illud translatum est, & quod expresse masculinum tantum est, respicere debuissent.

XVIII.

Sic Johannis 12. cap.  $\pi\alpha\lambda\omicron\varsigma\ \omicron\upsilon\varsigma$ , recte vertitur pul-  
lus asinae, quia in Ebraeo est, Air ben athonoth, h. e.  
pullus filius asinarum, licet idem pullus etiam sit pul-  
lus asini, & juxta Thesin 13. & 14. sic verti posset.

XIX.

Rectè ergo Lutherus fecit quod non moratus In-  
terpretes Latinos omnes, vocabulum illud <sup>ovos</sup>, apud  
Matthæum, Germanice per Esel reddidit masculino  
genere.

XX.

Cum igitur Propheta de Athon nihil dicat, &  
Chamor asinam non significet, neque vocabulum  
Græcum <sup>ovos</sup> apud Matthæum, absque articulo posi-  
tum, quicquid ad genus foemininum faciat, certum est



Prophetiam illam neque posse neque debere intelligi de asina, quasi etiam super hac Regem Sion vehi oportuerit.

XXI.

Neque tamen inde sequitur, quod Rex ille Sion super duos asinos masculos Chamor scilicet, & Air fuerit sessurus.

XXII.

Nam Vaf Ebraeum, quemadmodum & Graecum καί, & Latinum &, saepe exegetice sumitur, & non copulative.

XXIII.

Hujus rei exempla passim in Bibliis occurrunt, tam in vocabulis, quam in sententiis. Ut Eph. i. Benedictus DEUS & pater Domini nostri Jesu Christi, &c. Item Gen. 49. Ligans ad vitem pullum suum, & ad vitem optimam filium asinae suae, lavit in vino vestimentum suum, & in sanguine vuarum operimentum suum. Item Ps. 69. Deleantur e libro viventium, & cum justis non scribantur.

XXIV.

In his & similibus exemplis particula ET non copulat, sed explicat; idem de litera Vaf hic sentendum.

XXV.

Alias sequeretur, Messiam nondum esse exhibitum, quia talis Prophetia de duobus asinis masculis Regem Sion vecturis, nondum esset impleta.

XXVI.

## XXVI.

Sensus ergo vaticinii Prophetici hic est, quod Rex Sion adveniens fuerit sessurus non super Athon, seu asinam aliquam, hoc nequaquam Propheta dicit, sed super Chamor, hoc est, asinum masculum, qui ætate adhuc Air seu pullus est, filius nimirum Athonoth, hic est verus sensus hujus vaticinii.

## XXVII.

Et sic etiam Evangelistæ Prophetam interpretantur. Johannes ait: Nactus autem Jesus asellum, sedit super eum, sicut scriptum est: Noli timere filia Sion, ecce Rex tuus venit, sedens super pullum asinæ.

## XXVIII.

Similiter etiam Marcus & Lucas nulla prorsus facta mentione asinæ, tantum de pullo verba faciunt, & addunt, quod supra illum nullus hominum unquam confederit, quasi dicerent: Hic pullus Regi Sion peculiariter reservatus fuit.

## XXIX.

Tribus hisce Evangelistis minime refragatur Matthæus, qui Jesum non super asinam & pullum, sed super vestimenta confedissee scribit, quia in septimo versu posterius relativum *αὐτῶν* refertur ad proxime præcedens vocabulum *ἰμάτια*.

## XXX.

Error igitur de asina, supra quam Christum etiam confedissee aliqui volunt, ex male intellectis Prophetæ Zacharia & Evangelista Matthæo ortus est.

## XXXI.

XXXI.

Hunc postea auxit vitiosa editio textus Germanici apud Johannem, ubi Typographorum incuria, pro vocabulo *Eselein* / quod Græcè *ὄρνις* est, diminutivum scilicet ab *ὄνος*, quo pullus notatur, ut Evangelista Prophetam expresse sic interpretatur, vocabulum *Eselin* / quod asina esset, irrepsit.

XXXII.

Quod autem Christus Jesus pullo tantum insedit, & non etiam asinæ, licet & ipsa ei fuerit adducta, hoc ipso innuere voluit, fore ut regnum DEI à Judæis auferatur, & detur genti, facienti fructus ejus, ut Christus ipse, postero die, Judæis in templo comminatus est, quod idem & Paulus & Barnabas fecerunt, Act. 13. Vobis (inquiunt) oportebat primum loqui sermonem DEI, sed quoniam repellitis illum, & indignos vos judicatis æterna vita, ecce convertimur ad gentes. Huc usque Rosbergius. Ex dictis luculenter patet, recessum à tritiori & calcatori semita, necessitatem interdum exigere. Confer, si placet, Christoph. Henr. Ritmeieri D. & Prof. p. in Juleo majori, Disquisitiones animadvers. exeget. ad Scripturæ S. insigniora loca, c. MSC. B. D. Gerhard. Titii, ubi multa ad præsentem materiam facientia, deprehendes.

Obj. I.

*Omnis novitas est exosa.*

Resp. Nonne ad pluscula, quibus tota veneranda anti-

.IXXX



antiquitas, nil par habuit, hodie stupent mortales, videlicet ad pyxidem nauticam; tormentorum bellicorum fabricam; & artem typographicam, quæ potis est

*suo labore*

*Vitam reddere mortuis Poetis.*

Ut nihil de Christophoro Columbo subnectam, qui miranda felicitate, novum invenit orbem, de quo Owenus:

*Cedere diluvium, camposque patere liquentes*

*Nuncia de cælo, prima columba venit:*

*Æquora sic ultra nostris incognita primus*

*Nunciat, immensos esse, Columbus, agros.*

*Aurum arrham secum tulit alter: at altera olivam;*

*Alter divitias, altera delicias.*

Quis itaque affirmabit, omnes innovationes arborum esse vetitam, cujus perniciosos, quemvis salubri cautione vitare addecet contactus? In rem Horatius:

*Quod si tam Græcis Novitas invisâ fuisset,*

*Quam nobis? Quid nunc esset vetus? aut quid,*

*Quod legeret, tereretque viritim publicus usus? Lib. 2. Ep. 1.*

**Instas:**

*In Theologicis tamen est exosa?*

Resp. Non semper.

i. Quid enim fieret de Evangelio? quid de reformatione Lutheri? quid de terminis extra-biblicis, uti sunt: *Trinitas, Quæstio, Peccatum originale; Sacramentum, Gelassenheit &c.* Quid de novo corde, de novo homine, de nova creatura? Christus expressim

li

Testa-



Testamentum suum *novum* appellavit *Testamentum*.  
 Luc. 22, 20. Addo: Et ipsum nomen *Christianorum*  
 aliquando fuit *novum*. Non itaque omnis, in rebus  
 spiritualibus novitas est taxanda.

2. Cedro digna sunt, quæ vir excell. Grævius ali-  
 cubi meditatè protulit: *Cum nemo audet de sententiis*  
*suorum Magistrorum, vel latum unguem discedere;*  
*cum semper eorum vestigia sic premit, ut pedem alio po-*  
*nere piaculum ducat, non tantum incrementum nullum*  
*affertur sapientiæ studiis; sed retro sublapsa feruntur*  
*æque ut dignitas, quæ cum non crescit, minuitur.* Vid.  
 Orat. in natal. quinquages. Acad. Traject. Quorum pa-  
 ria, ex nostratibus sistit M. Christian. Gerber/ in li-  
 bro, cujus titulus: Die unerkannte Sünden der Welt.  
 Auf diese unziemliche Weise (scribit) wird mancher Christli-  
 cher Mann abgehalten/ daß er dasjenige/ was er in der Schrift  
 erkennet/ bey sich behält/ und zum gemeinen Nutz nicht darlegt/  
 weil er besorgen muß/ er bekomme nur Ungelegenheit davon/  
 und müste sich zum Novatorem, oder wohl gar zum Fanati-  
 cum machen lassen. - - Ferner geschiehet es/ daß mancher  
 nicht mit Fleiß die Schrift forschet/ und untersucht; sondern  
 lästet es bey dem bleiben/ was die vorigen erkannt und vorge-  
 bracht haben/ gleich als ob die H. Schrift schon ganz erschöpft/  
 und nichts mehr darinnen zu suchen sey. - - Noch ferner!  
 Auf diese Weise blieben wir in den alten Irrthümern immer  
 fort stecken/ und würden manchen Spruch in der Bibel unrecht  
 verstehen/ und nimmermehr zur Erkänntniß der Wahrheit kom-  
 men seyn/ wenn keine neue Auslegung gelten/ und man nur bey  
 denen alten bleiben solte. Part. 3. p. 329. Conf. B. Danh. Rettung  
 pag. 90. & Henr. Muhlii parænes. de studio prophetico, nostro  
 nunc

nunc tempore, maxime amplectendo &c. Veritas, quemadmodum Democritus dicere fuit solitus, in profundissimo latet puteo, alia citius, alia serius inde extrahitur. *Zwey neue Argumenta*, ita supranominatus D. Valent. Ern. Löscher / vor die wahre Gottheit unsers Heylandes. In den Evangel. Zehenden Part. II. p. 200. Numne tu has probationes, ad astruendam veram divinitatem Christi facientes, ideo rejicies, quia sunt novæ?

3. Ea demum novitas est odio habenda, quæ vetera bene præjacta subruit; Scripturam, ejusque auctoritatem impugnat; Christianæ doctrinæ capita luxat & in pacis fideique communis formulas arietat. *Haud poterant* (liceat verbis uti Tertulliani) *ædificare mendacium, sine demolitione veritatis, & necesse habent aliud subruere, ut id, quod vellent, possent exstruere.* De vel. Virg. Ast enim vero, si quis super fundamentis bene positis novos exædificet parietes; si parietes fixos & stabiles novis exornet picturis, si alia ad domum uraniæ sapientiæ magis magisque perficiendum conferat nova, is equidem, mea opinione, non est vituperandus; sed omni potius laude maectandus. Placent istæc Cunnæana: *Non est, convellendum temere, quod à pluribus constanter statutum est; quippe ubi hoc fit, periculum est, ne omnia pervertat innovandi libido.* Cæterum (addit) *quando recepta opinioni adversari ipsa ratio videtur, valentior esse omni auctoritate debet esse veritas.* De Rep. Hebr. l. 3, c. 3. pag. 275. Et quid noster



Sebast. Schmidius? *Nisi totus fallor, ait, novitatis culpanda studiosus & reus est is, qui quod novum sit, omni excogitandi studio querit, & novum, quia novum est, amat, amplectitur, vanam inde laudem sibi aucupans.* In præf. Coll. bibl. prior. Novitates, quæ malæ sunt lubricines, aut bonarum rerum perversiones, odi; quæ vero deperditæ, aut depravatæ veritatis sunt restitutiones, amo.

## Obj. 2.

*Antiquissimum verissimum.*

Resp. 1. Et error potest esse antiquus, & tantum non veritati coævus. Statim cum lex dominica, in Paradiso traderetur, mendacii adfuit pater & tetros ac perplexos disseminare coepit errores; neque unquam penè admissa fuit alicubi veritas, quin protinus per posticam Satanas fuerit ingressus. Quapropter virginea, h. e. pura, casta & illibata intelligenda est antiquitas: Illa, quæ in primitivis, aut maxime vicinis Apostolorum seculo Ecclesiis reperitur.

2. In rebus fidei præstat sciscitari; *Quam verum est hoc? quam: Quam antiquum est hoc? Religionis autoritas, dicam cum Arnobio, non est tempore aestimanda; sed Numine; nec quo die, sed quid colere ceperis, intueri convenit.* Lib. 2. cont. Gent. Blandius, fa-teor, suaviusque illabitur veritas, si annorum nives eam dealbant; At illa demum vera est canities ac senectus, quam veritatis majestas condecorat. Uti non  
omnia

omnia antiqua sunt vera; sic nec omnia nova sunt falsa. Antiquitas, genuinis suis destituta requisitis, bonitatem ac præstantiam rei alicui conciliare non potest. *Novitatis nomen*, sic iterum cum Grævio, non semper invisum est. Non tamen quicquid novitatis specie blanditur, est arripiendum. Nec omnia nova, solo novitatis nomine, sunt damnanda. Omne verum, omne pulchrum, quandocunque in lucem protrahitur est antiquissimum. l. c.

## Obj. 3.

*Vinum vetus est melius. Nova vestis, nova pestis;*  
Neues Kleid / neues Leid.

Resp. I. Similibus non agendum; sed rationibus; Hæ probant; sed illæ rem probatam duntaxat illustrent. Fac aliquem sic inferre: *Vnus est DEVS; Ergo unum tantum est matrimonium? Non plures quam una costa ex latere Adami fuit desumpta; Ergo nuptiæ secundæ & tertiæ non sunt approbandæ? Quid responderes?*

2. Vinum vetus utique novo est melius, intellige, si est vinum COS, quod pollet Colore, Odore, Sapore.

*Ast plane insipidum, quod caret hisce notis.*

Aquâ sæpe sæpius ab hoc & ab istoc miscetur; & tunc idem pene dicis, quod d. Sæva ad famulum Nobilis:

*Tu non laudaris, si fers mihi*

*Quid gloriaris?*

## Obj. 4.

*Qui ante nos vixerunt, numne eos inter cæcos ibimus computatum?*

li 3

Resp.

Resp. Peccatum originale ubique est domi. Et firma mentis acies alicubi fatiscit, aut minus est intenta. Vastæ occupationum moles obtutum animi nonnunquam præpediunt, vel intercipiunt. *Pluribus intentus minor est ad singula sensus.* Quantus Theologus D. Cæcilius Cyprianus? Baptismum tamen extra Ecclesiæ pomeria administratum negavit esse validum. *Quicumque ab adultera & profana aqua veniunt, (scribit) abluendi sunt & sanctificandi salutaris aqua veritate.* Epist. 73. ad Jubajanum. Quantus Theologus Episcopus Pictaviensis Hilarius? Errorem tamen erravit perniciosissimum, eo quod naturam Christi humanam nullo dolorum vel cruciatuum sensu affectam fuisse existimat. *Passus quidem, ait, Dominus Jesus Christus dum caditur, dum suspenditur, dum crucifigitur, dum moritur; sed in corpus irruens passio, nec tamen naturam passionis exercuit, dum & pœnali ministerio illa deservit; & virtus corporis, sine sensu pœna, vim in se deservientis excepit.* De Trin. L. 10. fol. 63. Et alibi: *Putatur dolere, quia patitur, caret vero doloribus ipse, quia DEVS est.* Christi passio itaque non tam passio, quam passionis umbra fuit atque imago. Quantus Theologus Hipponensis Episcopus Augustinus? Statuit tamen, ut alia silentii nubi involvam, *pueros ante Baptismum morientes æternæ damnationis rogo adjudicandos, h. e. non solum visione DEI privandos; sed etiam ignis æterni perpetuo supplicio puniendos.* Lib. de fide ad Petr. c. 27. Ep. 28. Serm. 14. de verbis Apost. c. 3. Voluit  
iden-

identidem *Eucharistiam pueris necessariam*, quod & alii præter ipsum crediderunt, uti ex Wolffg. Musculi Dufani locis commun. sacrae Theol. pag. 805. seqq. patet. Vides igitur clarissime, quod illi, qui ante nos vixerunt, in rebus ad salutem pertinentibus, nonnunquam esse hallucinatos. Absit proinde, ac iterum absit, ut Antiquis conscientiam nostram obligemus ac obstringamus. Constituunt doctrinam fidei verba Jehovæ, non Patrum. Gentiles quondam ita: τὰ παλαιὰ ἔφη καλὸν εἶναι τηρεῖν. Justin. Apol. 2. fol. 66; sed verò Lactantius hoc Gentilium diverbium nullatenus approbat: *Hæ sunt religiones, inquit, quas sibi à majoribus suis traditas, pertinacissime tueri ac defendere perseverant: nec considerant, quales sint; sed ex hoc probatas atque veras esse conficiunt, quod eas veteres tradiderunt, tantaque est autoritas vetustatis, ut inquirere in eam scelus esse ducant.* Lib. 2. Inst. divin. cap. 6. pag. 88. Eadem mens mihi, quæ Ignatio: *Jesus Christus mihi pro archivis est.* Epist. 6. ad Philad. Eadem, quæ Tertulliano: *Sine divina literatura nullius momenti est antiquitas.* In Apol. contr. Gent. cap. 47. in princ.

### Obj. 5.

*Hoc pacto nemo in posterum, nostros secuturus est Theologos.*

Resp. Cœcam fidem nescit fides Lutheranorum. Pauli admonitio hæc est: *Omnia probate, & quod bonum est, tenete,* 1 Thess. 5. Brutorum est ire, qua itur;  
homi-

hominum rationalium, qua eundum est. Sequimur ergo Theologos, quando ipsi secuti sunt verum. Placet huc accommodare verba Senecæ: *Inter causas malorum nostrorum est, quod iudicamus ad exempla, nec ratione componimur; sed autoritate abducimur. Quod si pauci ita sentirent, nollemus imitari; Cum plures sentire cœperunt, quasi certius sit, quia receptius, sequimur; Et veri apud nos locum tenet error, quia publicus est factus.* Epist. 123.

## CAPUT QUARTUM

de

*Mediis simplicitatis ecclesiasticæ.*

I. *Studeat humilitati, qui nuncium DEI, in sacris ambonibus agit.* Ubi ὑπεροχὴ τῆς λόγου ἐνδιαφέρε; ibi quoque est ὑπεροχὴ τῆς λόγου προφορικῆ; seu ubi tumor animi, ibi etiam tumor est eloquii. Superbus pro fine, propriam sibi proposuit excellentiam; atque ideo omnia huc dirigit, omnia huc inflectit. Ipsius Symbolum est hoc: *Vagor in aere, Et supra solem sapio.* Libidini ut velificetur suæ, perspicuos sermones in ænigmata vertere, & quod ille ait, *stellis nebulam spargere candidis* allaborat. Veritatem non nude proloquitur, civilius quàm religiosus Auditores involvens. Avarus aurum; sed noster Ambitiosus auram; Avarus nummos; sed noster Ambitiosus captat fumos. Sine intermissione quiritatur, quod non ad ampliorem dignationem sit perductus; & si aditus ipsi ad gloriam,

riam, nonnisi per scelera patet, per scelera ad eandem  
 grassari haud erubescit: In spem est pertinax, semper  
 in futurum anxius; Amat adulteria fororum; Voce  
 tonante & accentu fulgurante, sublimitatem imita-  
 tur Platoniam. Magis effusus, quàm copiosus.  
 Omnes ipsius periodi nodi sunt Gordii, imperii præ-  
 mio solvendi. Alterum dixeris Scotum vel Heracli-  
 tum; nam non illustrat, sed obscurat; non flammam,  
 sed fumum. Verbo: Cuncta, atrâ nube involvit; id-  
 que non alia de causa, quàm ut artificiosa hac caligi-  
 ne, ingenii famam aucupetur, admirationemque sui,  
 ex aliorum ore eliciat. Solet quippe deceptum Vul-  
 gus magis id semper mirari, quod minus intelligit,  
 & ex obscuritate ac perplexitate, excelsitatem subli-  
 mis sapientiæ colligere. Sed o ambitum improbum  
 ac damnosum! O mortiferam ac maledictam sedu-  
 litatem! O felicitate ingenii infelices! O nefastum  
 fastum, qui nomina nostra, è fastis divinis delet &  
 ex libro vitæ gloriosæ expungit. Apostolo Christi,  
<sup>κενοδοξίας</sup> vinculis irretito, nihil datur turpius, nihil in-  
 felicius! Cum gloriam DEI & utilitatem proximi  
 deberet procurare, suum venatur honorem, & ido-  
 lum æstimationis applaususque fabricatur. Pro pane  
 lapides, & pro fructibus folia Auditoribus suis præbet.  
 Æramento sonanti aut Cymbalo tinnienti eundem,  
 non sine ratione contulit Prosper: *Quamvis Docto-  
 res, in Ecclesia* (ita loquitur Auctor citatus de vita con-  
 templ.) *ornate copioseque differant; tamen si docendi*

officium, voluntate placendi, magis quam consulendi charitate suscipiant; non ut alios doceant, sed ut se doctos ostendant, nec profectum sed plausum, à suis quarunt &c. si supercilio vana loquacitatis elati, dicta sua magis cupiant laudari, quam fieri, numquid non tales aramento sonanti, aut tinnienti cymbalo comparentur? Audi itaque superbe, ac iterum audi, quin & ad audita geminae tinniant tibi aures: *DEVS* superbis resistit. Jac. 4, 6. In textu originali est ἀντιτάσσεται. Est autem ἀντάσσειν Plutarcho & aliis, ex adverso stare, instructa acie, unde & ἀντιταγμένοι dicuntur hostes. Ex quo manifestum, elationis animi hominibus, hostiliter DEUM se opponere, & omnia arma sua adversus eosdem dirigere. Mirabile est quod Joh. Hoornbeck ex Matthæo Parisiensi refert, de Magistro Simone de Churnai, Parisiensi, celeberrimo sui temporis doctissimoque, quod, cum aliquando subtiliter pro Trinitate disputasset, magno omnium cum applausu, elatus inde supra modum, Christum palam irridens dixerit: *Jesule, Jesule, quantum in hac questione confirmavi legem tuam & exaltavi! profecto si malignando & adversando vellem, fortioribus rationibus & argumentis scirem illam confirmare & deprimendo improbare.* Quo dicto mox elinguis obmutuit, & oblitus omnium, mente adeo motus fuit, ut vix ultra Symbolum & Pater noster discere potuerit, ac recitare. Vid. Theol. pract. Part. 2. p. 523. Omnem itaque siticulosam honoris ambitionem, ex animo ejice, in nihilque tui, de die in diem, magis magisque vor-

vora-



voraginem descendere perge. Dic cum Abrahamo: *Pulvis sum!* Gen. 18. Dic cum Jacobo: *Minor sum Domine istoc benedictionum cumulo!* Gen. 32. Dic cum Davide, diademate insigniendo: *Quis ego & quæ domus mea?* 2 Sam. 7. Dic cum Johanne Baptista: *Non sum dignus, qui soleas ipsius, h. e. Christi portem!* Matt. 3. Dic cum Paulo: *Sum minimus Apostolorum!* 1 Cor. 15. Deficis in simplicitate, si non proficis in humilitate. Scapheus discipulum videns fastu ventosum, hisce eundem objurgabat verbis: *Bonum non est in magno; sed in bono est magnum.* Scitissime! Lita igitur humilitati, ac cathedram illam pestilentia (superbiam (specto) longissimo post te relinque intervallo *Angusta est porta* (verba sunt Verbi hypostatici) Matth. 7, 14; Tumidus itaque ac turgidus intrare non potest. Eleganter Augustinus: *Humilitatis passibus ad cæli culmina conscenditur, quia DEVS excelsus, non superbia, sed humilitate attingitur.* Serm. 70. ad Fratres. Eleganter quoque Rusbrochius: *Qui humilitate contra superbiam decertant, in sacra Theologia Baccalaurei sunt, qui se ex certamine palmam referre volunt & Doctores effici, superbiam pessum premere & proculcare debebunt. Superbia revera perniciosus serpens est, discipulos suos ac sectatores mittens in tartara.* Lib. de vera contempl. cap. 50. Imitare eum, qui tibi jam olim dixit: *Disce à me, quia mitis sum & humilis corde* (hinc & se *Lilium convallium* appellat) Matth. 11. Si Christum non sequeris, qua ratione Christianus nuncuparis?



Cur te Christi discipulum esse mentiris? Excute igitur superbas tuæ excellentiæ cogitationes, nec grandibus titulis, primis confessibus, Rabbinicisque salutationibus, vel tantillum commoveare. Noli Auditorum venari adorationem, nec cultæ atque ilaboratæ stude grandiloquentiæ. Nervosa ac mascula sit tua oratio, non autem picta atque excelsa. Pulchrum non faciunt leonem ungues inaurati, & foratæ margaritis aures. Minime! Hoc pulchrior, quo aspectu horribilior. Et quid de isto diceres Chirurgo, qui occupatior in pingendis acu fasciis, quam in vulneribus glutinandis & sanandis? *Mortuum non artifex fistula; sed simplex plangit affectio*, bene Chrysologus. Quoties igitur ista sensuum incidunt acumina, quæ scalpendis auribus, quam movendis animis sunt eruditiora, toties illud Horatianum cogita. *Et non erat his locus!* In arte poet. *Adhuc reliquus est, qui pascit oves*, ita Isai quondam ad Samuelem: In hæc verba Gregorius: *Merito, inquit, parvulus iste dicitur oves pascere, quia electus quisque humilis est; & sterilis non est, qui quotidie magna agit; sed de se magna non sentit.* Lib. 6. in 1 Reg. c. 16. Cunctis ergo applausibus, honestâ quâdam ac sanctâ superbiâ proculcatis, humilitatis ima, qui gregi dominico præces sectare. Magnus Pastor hunc in modum ad te: *Oves meas pascere. Pascere sicut meas, non sicut tuas; gloriam meam in iis quære, non tuam; dominium meum, non tuum; lucra mea, non tua.* Sis itaque primus meritis, ultimus famâ,  
fortu-

fortunâque nominis. Excelsum te redde per virtutum officia, humilem per abnegationum studia. Ama nesciri; infra te omnia pone; te infra omnia; teque totum intra nihilum claude; sic DEUS tuum coronabit opus. Cum ardet domus, ignisque omnia devastat, numne tunc meditaris rethoricam & compositam orationem? In re seria, pigmenta vocabulorum exsunto. Non vento sonoro, sed cibo solido pasci desiderat animus foras eminens & ad coelestia adspirans; *Illius Doctoris*, sic cum pio, inquit, Bernhardo, *libenter vocem audio, qui non sibi plausum; sed mihi planctum moveat.* Serm. 29. super Cantic.

II. *Crebra Scriptura S. lectio ac relectio.* Hæc Hominem DEI, a jante Apostolo, *ad omne opus ministeriale reddidit perfectè institutum.* 2 Tim. 3. Elogium profecto nunquam non fixius, attentiusque perpendendum! Romanus Sapiens alicubi: *Quod faciendum, à faciente discendum.* Epist. 98. Ego ita: *Quomodo in pulpitis evangelicis loquendum, à Spiritu S. in sacra Scriptura loquente discendum.* Θεοδιδάκτοι debent esse Ministri Ecclesiastici, non αὐτοδιδάκτοι. Gottsgelehrte / nicht Selbgelehrte. Perquam excellenter Joh. Valent. Andreæ: *Non est eloquentia perfectior magister, quam qui linguam fecit. Cujus admirabile exemplar sacer codex, non aures hominum circumsonans, sed cor ipsum penetrans. Nihil hic opus est hyperbolis, aut gentilium alia luxurie. Si vere, si modeste, si cordate dicas, supra Ciceronem dixisti. Ut paucis rem complectar, quicquid spiri-*



tum spirat, concutit: quicquid mundum redolet, elumbe est. Multum profecit, cui DEI stylus sapit. Nam quod inepti simplicitatem credunt, non nisi sapientia est. Ut primum se mundi oratores expedierunt, jam evolavit inanis sonus, & verborum concinna structura animus hiat. Cum divina veritas nos inclamat, cor calet, Spiritus agit, omnia commoventur. Hæc dicenda sunt iis, qui nimis sibi placent, quoties sine DEO, imo cum Diis, ut ipsi ajunt, loquuntur, quibus Christus usque adeo sordet, ut quodvis idolum, quemvis Dæmona in sermone, quam Christianismi sacrosancta mysteria malint. Interim sibi omnem elegantiam vindicant, satis linguaces certè, si mundus poscat; sed quos ad Christi tribunal elingues fore, metuendum sit. Vid. Reip. Christianop. descript. p. 122. Agite ergo omnes, quotquot in clerico constituti estis ministerio, sine intermissione sacras tractate pagellas, & has in vestram veluti convertite substantiam, iisque mentem & ingenium nutrite, ut omnia dicta vestra illas redoleant, utque Evangelium per ipsum prædicetis Evangelium, & veritatem æternam, verbis vitæ æternæ annuncietis, quæ nusquam sunt, quam apud Christum. Joh. 6. 68. Ponderosæ sunt Syllabæ, quas habet Esaias: *Quærite ex libro Jehovæ & legite.* Cap. 34. 16. Ponderosæ itidem, quas Paulus ad Timotheum: *Intentus esto lectioni.* 1 Epist. 4. 13. Non ait; intentus esto agriculturæ, crumenæ, negociis secularibus, rebus ad te nihil pertinentibus; sed lectioni. At! at! Quam multi, majoti cum sedulitate, (proh  
super

super vacuum, ne dicam ineptam!) in sterquilinio Gentilium versantur, quam in Prophetarum & Apostolorum myrotheciis; Paulo Platonem & universis Spiritus S Amanuensibus Aristotelem præferunt vel Ciceronem. Atque sic sacro idem pene accidit codici, quod gladio quondam Goliathi, qui panno involutus suspensus fuerat in tabernaculo 1 Sam. 21, 9. *Apte, si quid iudicio, Robertus Gallus, prout in catalogo testium veritatis idipsum recenset Illyricus, Scholasticos Bibliorum incuria laborantes, curiosis interim inutilibusque quaestionibus plurimum intentos, homini, qui gestans à latere vini generosi amphoram, unacum pane optimo; sed utroque intacto, lapidem interea gerebat in manu, quem avidè quidem, ast frustra rodebat, contulit.* In secundis, largior, doctissimorum qualescunque vel emunctiores subsistere possunt lucubrationes, primas autem sacratoribus scripturis nunquam non inter legendum tribuere, & æquum est & necessarium. Coram Josephi fasce reliqui Patriarcharum manipuli se incurvabant adorabundi; idem ad conspectum sacri codicis, aliis, quotquot in orbe terrarum sunt universi, libris agendum. Pluma aquilina cœteras consumit, & Moïsis virga Magorum devorat virgas. Dominica eloquia eandem obtinent efficacitatem. Ad hæc tota religio, prout essentialibus, ministerialibus, ritualibusque suis constat, est regulanda ac dijudicanda. Adeste igitur omnes, quibus docendi ducendique alios incumbit munus, & Biblia sacra, sapientiæ cœle-

cœlestis fontem unicum & verissimum κέρας ἀμαλ-  
 γείας.

*Nocturna versate manu, versate diurna :*

Afferunt Judæi, quemlibet Israelitam partem diei ac  
 noctis, studio legis consecrare oportere, quoniam  
 scriptum: *Et meditaberis in ea die ac nocte*; quanto  
 magis id ei, qui alienæ juxta, non suæ tantum incolu-  
 mitati advigilare tenetur, observandum? Serarius Je-  
 suita sacra Biblia vult edisci, idque ob has rationes:  
 1. *Quia* Ἔ *res* Ἔ *verba eorum dignissima sunt, quæ me-*  
*moriam tabulis insculpantur.* 2. *Si memoria semper con-*  
*firmanda est, ne pereat; si exercenda, ut crescat, quid*  
*tandem est, in quo ea utilius confirmetur, Ἔ exerceatur,*  
*quam sacrosancta DEI oracula.* 3. *Alii, tam multa,*  
*tam multi ex profanis voluminibus memoria Ἔ scientia*  
*comprehendunt, quidni Ἔ Theologi hoc κειμήλιον? Lepta*  
*suavissimus ediscat Hesiodum, inquit Tullius: At pro*  
*Hesiodo Davidem, Paulum Ἔ c. sibi Theologia studio-*  
*sus proponat.* 4. *Qui ista ediscunt, DEO suam me-*  
*moriam consecrant, ad omnia Theologi munia aptiores.*  
 5. *Cum Scripturarum pertractatio perpetua Theologis esse*  
*debeat, illas memoria non complecti, est exiguum laborem*  
*non tam fugere, quam in maximum Ἔ perpetuum com-*  
*mutare, qui variis occasionibus Ἔ causis identidem quo-*  
*tidie subeundus.* Vid. Prolegom. Bibl. cap. 28. Quæst. 12.  
 De Waldensibus relatum accepimus, quod isti, qui in-  
 ter eos sacris destinati sunt officiis, nihil fere egerint,  
 quam ut integros Scripturæ libros edidicerint. Unde  
 apud

apud illos non pauci extiterent, qui *universas Pauli epistolas*; alii qui *proverbia Salomonis, librum Jobi, aut Psalmos Davidicos* memoria exacte tenerent. Utinam & nostri Theologiae studiosi, quibus aliquando sermonum Dominicorum dispensatio est committenda, idem tentare aggredierentur, quantus exinde redundaturus esset fructus? quanta utilitas? Studia eorum profecto litteris hisce, non aliter ac caelestibus aquis irrigarentur. *Qui Benedicti profitentur institutum*, dicam cum Des. Erasmo Roterod. *regulam ab homine, eoque pene idiota, & idiotis scriptam, tenent, ediscunt, imbibunt. Qui Augustiniani sunt ordinis, auctoris sui regulam callent. Franciscani Francisci sui traditiunculas adorant, amplectuntur, & quoquo terrarum se contulerint, secum circumferunt, tutos se non credunt, nisi libellus adsit in sinu. Cur illi plus tribuunt regulam ab homine scriptam, quam universi Christiani suam regulam, quam omnibus tradidit Christus, quam omnes ex aquo professi sunt in baptismo?* Vid. Paraclet. seu adhort. ad saluberrimum christianae Philosophiae studium, ut videlicet evangelicis ac Apostolicis litteris legendis, si non sola, saltem prima cura tribuatur pag. 19. Addo: Cur illi in hisce regulis ediscendis magis sudant, quam in regulis Salvatoris? Justum Lipsium, virum doctrinae & eruditionis fama clarissimum, usque adeo Cornelium Tacitum in amoribus habuisse, refert Janus Nicius Erythraeus, ut eundem, ad verbum etiam ediscere haud detrectaverit. *Audivi de eo, in verba Jani Nicii! qui sermone se interfuisse narrabat, in*



Germania cum esset apud Principem, nescio quem Virum,  
 ac die quodam injiceretur mentio de Tacito, gloriantem  
 Lipsium dixisse, se aureum illud volumen adeo memoria  
 comprehensum habere, ut nihil ex ea unquam exciderit;  
 qui etiam sponsonem lacepsivit, ni ita esset, ut diceret;  
 atque: Agite, inquit, statuite hic aliquem cum pugione,  
 ac si Cornelium totum recitans, verbum unum peccave-  
 ro, non recuso, quin eo me ille pugione confodiat; ac spon-  
 te jugulum vel pectus, quod ferire possit, aperiam. Pi-  
 nacothe. tert. pag. 2. Præstitisset sane, ut modo nomi-  
 natus Philologus libellum apertum, è manu Christi  
 accepisset cum Johanne, acceptumque alacer com-  
 minuisset, comminutumque in ventrem memoriæ,  
 fervidiori trajecisset studio. In hoc etenim *μόρφωσις*,  
 formula, *τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας* Rom. 2, 20. &  
*εὐσεβείας* 2 Tim. 3, 5. imo *τύπος διδαχῆς* Rom. 6, 17. at-  
 que ipsa *ἀλήθεια* Joh. 17, 17. deprehenditur. Quot-  
 quot igitur munere fungimini ecclesiastico, nec raro  
 nec tepide, nec negligenter, nec perfunctorie elo-  
 quia divinitus consignata volvite, menteque revolvi-  
 te; & sic fiet, ut credenda, agenda, vitanda, speran-  
 da, timenda, neglectis omnibus oratoriis pigmentis,  
 modo plano, facili, ac populari in sacro, nunquam  
 non sitis tradituri, ambone. Et, cum in Bibliis Ger-  
 manicis Lutheri, sic verbis Calovii finiam, non minus  
 puritas & concinnitas, quam perspicuitas hujus lingue  
 probe observata sit (quod cum primis collatio cum aliis  
 versionibus germanicis docet) non abs re fuerit, phrasio-  
 logias

logias biblicas, adagia, & variora quaedam usu vulgari non obvia, in germanica lingua, observasse & annotasse. Nimia autem luxuries, phrasisque aliamodica, in lingua vernacula, quæ sæpe scandala præbent, raro fructum ferunt, non tam sectanda, quam fugienda. In Pædia Theol. de Method. Stud. Theol. pag. 84. seqq.

III. *Lectio aliorum librorum spiritualium.* Scriptura sacra amygdalus est (ut sic loquar) integer; cæteri libri spirituales amygdalus decorticatus. Seu Scriptura S. panis totus, cæteri libri spirituales panis in plures partes divisus. Inter libros autem spirituales, à christianis Doctoribus conscriptos ac editos, primas merentur scripta Megalandri Lutheri. Qui diserte, copiose, ornatè & nervose desiderant, ita non sine causa D. Lucas Osiander Senior, frequenter legant germanica scripta eloquentissimi, & nostro seculo præstantissimi Theologi, D. D. Lutheri, ut ex eo non tantum res ipsas intelligere discant; verum etiam verba & phrasés ad suum institutum dextre accommodent. Habet enim ille prægnantia, urgentia, & penetrantia verba, quæ auditorum animos excitant, erigunt, accendunt atque inflammant. Vid. lib. de ratione concion. pag. 54. In specie oratoribus evangelicis Postilla hujus Theologi, tam Haus- quam Kirchen-Postill, multis magnisque commendanda sunt verbis; ut & Commentarius in Genesin, de quo Basilius Faber in præfat: Die Auslegungen Lutheri über seinen lieben Genesin, wie er ihn pflegte zu nennen/ sind ein Ausbund für allen andern seinen



Schriften und Büchern/ und ein sehr reicher Schatz/ darinn eine treffliche Theologia zusammen bracht und gefasset ist/ wie ein jeder fleißiger Leser selbst befinden wird; denn was hin und wieder/ in vielen Schriften D. Luthers gehandelt ist/ kömmt hier zusammen in ein corpus, welches man billig nennen möchte: D. Martini Theologia. Nec B. Arndii Postilla hic sicco præterire fas est pede, siquidem tota, quanta quanta sunt, aliud nihil sapiunt, quam pietatis medullam. Humilis est stylus, simplex est stylus, devotus est stylus, masculus est stylus. Plurimum rogatu, ne nescias, hic liber, ab Autore, est confectus: Weil ich den vornehmen und geistreichen Theologum, Herrn Joh. Arnd/ General-Superintendenten des Herzogthums Lüneburg und Pfarrhern zu Zella/ nunmehr über die 16 Jahr/ als meinen geistlichen Vater ehre und halte/ sintemal er anfangs/ zum Studio Theologico mir gerathen/ und Anleitung gegeben/ dieweil mir auch bewust/ daß er in seinen Predigten sich jederzeit derselben Art/ nach denen von Gott ihm verliehen sonderbaren Gaben und geistlichen Verstand in Christo/ beflissen/ als habe ein solches von ihm zu bitten ich gnugsame erhebliche Ursachen zugleich anziehen können. Hiezu ist ferner kommen hoher Fürstl. Gottseliger Personen/ die ihn predigen gehöret haben/ inständiges Begehren und Anhalten/ dadurch er endlich bewogen worden/ gegenwärtige Arbeit zu verfertigen/ und durch offenen Druck der Christlichen Kirchen mitzutheilen. Denn ob er wohl sich befahret/ es möchte ihm solche Arbeit zu lehren mißdeutet und calumniiret werden/ welches in diesem zankfüchtigen Seculo leider nicht neu/ jedoch weil er sich zum höchsten beflissen/ mit der Schrift zu reden/ und nicht allein schriftmäßige; sondern auch sehr tröstliche und anmüthige und nachdenckliche Worte und Phrasen gebrauchet / hierüber auch

zu den Libris SS. unser Kirchen sich öffentlich bekennet/ und die selbe in diesen seinen Predigten eiferig defendiret/ und die Widersacher mit sattem Grunde widerlegt; als habe ich ihn ermahnet und gebeten/ der Calumnianten verkehrte Urtheil hinten an zu setzen/ um derer willen das Gute ja nicht soll unterlassen werden. Ita B. Jo. Gerhardus, quemadmodum præfatiuncula ejusdem testatur luculentissime. Spectat huc quoque scriptum nunquam satis laudatum: *Verus Christianismus*, quod idem Theologus inter multa elaboravit suspiria, & tandem publicæ fecit lucis. A multis taxatur idipsum: Sed, *ne miremini, Fratres mei*, 1 Epist. Joh. 3, 13.

*Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosum*

*Sedatum celeres, agilem gnævumq; remissi.* Hor. lib. 1. Ep. 29.

*Quæ communicio luci cum tenebris?* 2 Cor. 6, 14. Adjunt: *Phrases dirusculas, à suspectis fortasse autoribus mutuatas, in eo deprehendi.* Respondebo verbis D. Mich. Waltheri, Ecclesiarum, per Ducatus Comitatusque Cello-Luneburgicos Superintendent. generalissimi: Gewinnet doch der Apostel Jacobus bey den Unerfahrenen selbst das Ansehen/ als wenn er Phrases führete/ die in andern Apostolischen Schrifften so nicht zu finden. So heist es auch mit der grundbösen/ und nunmehr/ leider Gottes/ ganz durchteuffelten Welt/ *duro nodo, durus quærendus est cuneus.* Unser Glaube ist der Sieg/ der die Welt überwindet/ 1 Joh. 5, 4. ja/ so gar den Prinzen der Welt/ den Bösewicht/ 1 Joh. 2, 17. Warum kan er denn auch nicht etliche phrases dirusculas überwinden? Sind schon etwa eine und die andere von suspecten Scribenten entlehnet worden/ es so weiß man doch daneben/ *duo cum faciunt idem, non esse idem;* ita



nec cum loquuntur idem ; Und omnem actionem non solum ; sed & dictionem judicandam esse, ex finibus. Centur. Miscell. Theol. pag. 191. seq. Ad Chemnitium, Hunnium, Matthesium, Balth. Meisnerum, Balduinum, Hermannum, Joh. Schmidium, Geierum &c. &c. quod attinet, proh quanti Viri! quantisque laudibus celebrandi ! istos omnes cathedræ Ecclesiasticæ Candidatis sic commendo, ut commendare magis non possim. Etenim potiori de iis dixeris jure, quod Seneca quondam, de Cassii Severi orationibus : *Nihil in illis otiosum reperitur ; nulla pars erat, quæ non sua staret virtute, non est quicquam, in quo lector sine damno suo, aliud aliquid agere possit.* Lib. iii. Epil. Declamat. pag. 273. Agmen claudat B. Spenerus, D. Breithaupt, & M. Aug. Herm. Franck, in quorum hominibus, non solum candida veritas ; sed & ubique elegans & gravis dicendi ratio fulget. Lege,

*Nec te pœniteat, calamo trivisse libellum.* Virg. Eclog. 2. Certe, inter occulta Numinis divini beneficia referendum, quod tot claræ lampades, in Ecclesia flagrent. Nemo nunc tenebras causari potest, nisi qui cœcetit volens. De multitudine nonnulli solent interdum conqueri. Sed quæ lex te jubet omnes perlegere ? Quanto autem plures de iis, qui vultum pietatis ac spiritum contributionis habent, imbiberis digesserisque, tanto certe animus tuus & crescet & pinguescet.

IV. *Oratio.* Per plures in hac deprehendes hæresi,

refi, ad virtutem confectandam, non opus esse precationibus.

*Hec satis est orare Jovem, quæ donat & aufert :*

*Det vitam, det opes ; equum mi, animum ipse parabo.*

Ita Philosophiæ Stoicæ sectator Flaccus. Sed apage superbam istam, & sacrilegam ἀυτάρχειαν, sui que plenitudinem ! Ubi DEI res agitur, nihil nobis de nostro suppetit. Vox Pauli manifesta : *Quid habes, o homo, quod non acceperis ?* I Cor. 4, 7. Et Jacobus : *Si cui vestrum, inquit, deest sapientia, postulet à DEO.* Cap. 1, 5. Cui vero, dic obsecro, non deest sapientia ? *Naturâ omnes sumus insipientes.* Act. 17, 30. I Cor. 2, 14. Petendum itaque à DEO, quo cares. Ultro ac sponte, fateor, DEUS posset dare ; sed vult, ut indigentiam nostram agnoscamus ; ut impensius Datorem diligamus ; ut majorem exauditionis, quando quid postulaturi sumus, fiduciam habeamus, &c. Ora itaque o Vir-Dei, ora, ut sapientiam cœlestem, tum in conficiendis, tum in habendis concionibus nanciscare largiter. Peculiari (vel non juranti credas) Spiritus S. gratia hæ indigent, aliis in odorem vitæ ad vitam ; aliis in odorem mortis ad mortem cessuræ 2 Cor. 2, 16. Non in specie *Manuum* descendit quondam cœli spirabile Numen. Ita enim in hanc devenire potuisses opinionem, ac si mundus vi armisque esset subigendus ; Nec in specie *Pedum*, sic enim existimasses, fungiendum, cum mundus minitari incipit ; nec in specie *Aurium ac Oculorum*.  
Discen-

Discendi enim sunt organa; sed *Linguarum*; Linguarum, inquam, quibus ad DEUM, pro populo oramus; Linguarum, quibus ad populum peroramus. Hujus Pentecostes, o mei, semper simus memores. B. Lutherus Georgio Spalatino studiorum methodum præscribens, & id inter alia, ut à seria, ad DEUM oratione, inchoaret, monuit. *Primum id certissimum est, scribit, sacras literas non posse, vel studio, vel ingenio penetrari: Ideo primum officium est, ut ab oratione incipias, tali videlicet, qua ores, si Domino placuerit, per te aliquid fieri in gloriam suam, non in tuam, non in ullius hominis, tibi concedat misericordissime verum suorum verborum intellectum. Nullus enim est divinorum verborum magister, præter ipsum verbi sui Autorem, sicut dicit: Erunt omnes dociles DEI, Θεοδιδασκτοι. Igitur, de tuo studio desperes oportet, omnino, simul & ingenio. DEO autem soli confidas, & influxui Spiritus. Experto ista crede.* Tom. 1. oper. Lat. Precatio igitur studii Theologici munerisque ecclesiastici, prora est & puppis. Christus fidei secreta annunciaturus precationi prius vacavit Marc. 1, 35. quod idem, & ab Apostolis factitatum Act. 4, 29. Vade, mi Evangelista & fac similiter! Apostoli hunc in modum: *Domine, da servis tuis, ut cum omni libertate verbum tuum loquantur, Act. 4, 29. Tu ita: Domine, da seruo tuo, ut cum omni simplicitate, verbum tuum annunciet. Ambrosius hisce est usus suspiriis: Obsecro Domine, & suppliciter rogo, da mihi*

mibi semper humilem scientiam, qua adificet, & damitissimam & sapientem eloquentiam, qua nesciat inflari, & de suis bonis, super fratres extolli. Pone quaso, in ore meo, verbum consolationis & adificationis & exhortationis, per Spiritum S. tuum, ut bonos ad meliora valeam exhortari; & eos, qui perverse gradiuntur, ad tuae rectitudinis lineam revocare, verbo & exemplo. Sint verba, qua dederis seruo tuo, tanquam acutissima jacula & ardentes sagitta, qua penetrent & incendiant mentes audientium ad timorem & amorem tuum. Imitare! Idque quanto citius, tanto melius; quanto sapientius, tanto utilius; quanto ferventius, tanto DEO acceptius. Non raro viri etiam sanctissimi, de suorum cordium quasi transfugio in castra mundi lamentabiliter sunt quaesti. Loquatur Hieronymus: *In oratione mea, aut per porticus deambulo, aut de fenore computo, aut abductus turpi cogitatione, etiam qua dictu erubescenda sunt, gero. Ubi est fides? Sic putamus orasse Jonam! Sic tres pueros! Sic Daniele, inter leones! Sic Latronem, in cruce!* Dialog. adversus Luciferianos. Loquatur etiam Bernhardus: *Audi, piissime DEVS, confessionem meam, & respice ad pietatem tuam. Audi, quam saepe de memoria mea, Te expulit turba cogitationum plurimarum, qua, velut plebs ad aliquod spectaculum, solent confluere in cor meum; Ad secularia revocant; Voluptuaria ingerunt, ipsoque in tempore, quo levare mentem meam ad te paro, inani-bus cogitationibus infectus, ad terrena plerumque deji-*

M m

cior.

cior. *Non cogitanda cogito, cogitata recogito, & eadem iterum atque iterum replicare non cesso.* De inter. dom. c. 29. *Alibi: In choro sum corpore, & in aliquo negotio corde; Aliud canto & aliud cogito: Verba profero, sensum non attendo: Væ mihi, quia ibi pecco, ubi peccata emendare debeo.* Ibid. cap. 23. *Atque hoc idem, quod Bruno Astensis quondam est quiritatus: Lingua Psalmos cantat, mens autem denariorum numerum computat.* Vigilandum itaque, & ne stulta ac inutili peregrinatione exul sis à te & à DEO sollicitissime cavendum. Si deest ille, qui poscit, quomodo aderit ille, qui poscitur? Non judicaberis congregatus, si cogitationum evagatione, à temetipso es dispersus. Non audit te DEUS, si te ipsum non audis. Quocirca dum huic spirituali vacas exercitio, totus attende illi, qui totus intendit tibi. **Fas Oraturum:**

*Numen ad immensum, totum convertere sensum.*

*Sed precum coronis necesse est, ut accedat. Non enim inchoantibus promittitur exauditio; sed perseverantibus. Ex filice ignem, qui excutere avert, non contentus est semel percussisse; Iterum atque iterum id tentat; Sic non sufficit semel suppliciter procubuisse: Ingeminandum suo tacitum sub pectore votum. Atque hoc modo fiet, ut desiderii tandem compos reddâre. Propheta regius: Venio, inquit, ante te, in ipso crepusculo, ut vociferer; sed & elevatio manuum mearum, ut munus vespertinum. Quid ego mane loquor ac vesperam? Septies hoc factitatum*  
in

*in die. Pl. 119, 164. At enim, quid vices adhuc numero? Invoco te, inquit, Jehova totum diem. Pl. 88, 10. Gratiam fac mihi, Domine, quia te inclamo, toto die. Pl. 86, 4. Eundem imbibe spiritum; & Dominus quæret: Quid vis me tibi facere? Atque hæc de adminiculis simplicitatis cathedrariæ sufficiant. Priusquam autem vela Orationis contraham, finemque dicendi faciam, adhuc semel Te, Præsul ecclesiasticæ, hisce alloqui liceat. Non tam Ciceronem; quam Paulum, in concionibus agere stude; nec magis vocolæ tripudium; quam divinorum majestatem attende sensuum. Ad Legiferum Prophetam, ita quondam Dominus: *In concione cogenda clangitote, neque ovatote; Clangunt autem tubis istis Aharonis filii,isque mos ad posteros vestros in aeternum proditor.* Num. 10, 7. 8. B. Lutherus ita expressit ea: *Wenn die Gemeinde zu versammeln ist / sollt ihr schlecht blasen / und nicht trommeten; Es sollen aber solch Blasen mit den Trommeten / die Söhne Aarons / die Priester thun / und soll euer Recht seyn ewiglich bey euren Nachkommen: In quæ verba Non-nemo ita: Qui multitudini, verbum DEI prædicat, simpliciter & aperte debet loqui, ut multi intelligant & edificentur. Et paulo post: Qui ergo docet, vitet omnia verba, quæ non docent; Est autem optimus docendi modus, quo fit, ut qui audit veritatem, audiat & intelligat, bonique ingenii insignis indoles in verbis verum amare, non verba; Quid enim prodest clavis aurea, si non aperiat? Et quid obest lignea, si aperiat?**

Mm 2

Qua-


111



Quapropter de periodorum consonantia deq; florum  
 rhetoricorum ornatu, ne sis sollicitus; sed Severi  
 Sulpitii insiste vestigiis, de quo Sidonius Apollinaris:  
*Magis eum occupat medulla sensuum; quam spuma*  
*verborum.* Lib. 7. Epist. 13. Non floribus, sed semini-  
 bus comparata prędo immortalitatis verba. Emar-  
 cesserent illico, nec aliquid fructuum producerent  
 flores, quantumcunque pulchri, elegantes & odori-  
 feri, si loco seminis in agros spargerentur, sulcisque  
 altis, præcurvo vomere factis, obruerentur. Idem  
 accidit illis, qui eloquentiam propheticam in levita-  
 tem ac garrulitatem poeticam transmutantes, colo-  
 ribus rhetoricis exornatum diligunt sermonem. Quid  
 itaque dicas, & non quam eleganter dicas, enixius  
 spectata. De Ehud legimus, in libro Judicum cap. 3,  
*quod gladium ancipitem, in medio capulam longitudi-*  
*nis palma manus habentem, sibi fecerit: sed hoc gla-*  
*dio uni duntaxat, videlicet Eglon, Regi Moab, ne-*  
*cem intulit. Nec eduxerat eundem; sed ita, ut per-*  
*cusserat, reliquit in corpore. Sacer textus, tandem*  
*subdit: Post hunc fuit Samgar, qui percussit, de Philis-*  
*tyim sexcentos viros vomere, & ipse quoque defendit*  
*Israel.* En pulchrum verbi divini emblema! Gladio  
 confertur Eph. 6. Quemadmodum autem plures  
 occidit Samgar vomere rudi ac impolito; quam E-  
 hud gladio suo limato & acuto: Sic quoque Mini-  
 ster Ecclesię plus simplici ac rudi proficit prædica-  
 tione, quam exquisita atque polita. Ne lascivias igitur  
 tur

tur sono vocabulorum. Granum quære non paleam; fructum non ornatum; energiam, non facundiam; Compunctionem, non delectationem; animas, non argutias; Veritates, non curiositates. Nostine quid sit balista, sine globo explosa? Pannis involvebatur Verbum incarnatum. Quo ipso magis simplicibus sonis, in prædicatione verbum DEI debere indui, quam phaleris rhetoricis, tacite fuit significatum. Sint igitur, qui dicant: Acumen est cibus animæ; subtilitas alimentum Spiritus; mihi propositum est, non alta, sed apta; non plausus audientium; sed fructus quærere proficientium. Odit DEUS Magistros ænigmaticos; Fabros otiosarum quæstionum; Sartores atque Sartores argutiarum. Summatim! Omnes qui subtiliores haberi malunt, quam solidiores; & versatiores, in Scholasticorum triticis; quam in catecheticis domesticis; & qui plus operis impendunt mediæ inventioni, in Logicis; quam Mediatoris, in Theologicis: Nihil condonat humano artificio; sed totum nostræ salutis negocium suæ vult tribui efficacitati. Age itaque, Minister Evangelice, & coram parvulis mentibus, tuam scientiam tege. Rebus incumbere magis, quam verbis; nec de capillis magis, quam de capite sis sollicitus. Dic cum Hieronymo: *Sint alii disertis, laudentur ut volunt, & inflatis buccis, spumantia verba trutinantur; mihi sufficit sic loqui, ut intelligar, ut de Scripturis loquens, Scripturarum imiter simplicitatem.* In Epist. ad Dam. Corpus

tuum bene habet, si vestitus est integer & appositus,  
 utut non ex auro & serico. Aucupia Syllabarum &  
 adfectiones elegantiarum rhetoricarum minus gra-  
 ta viris gravibus esse solent. Quocirca stude simpli-  
 citati, & non tam summa ac ardua, quam plana ac  
 capabilia prædica. Fuge appositas larvas; Tullia-  
 ni mellis festivitates; caudas pavonum; fucum mun-  
 dialis eloquentiæ, lappas, tribulos, lolia, & confi-  
 milis sementis zizania; Econtra vero, summa opum  
 vi contende, ut Christum jugiter *εὐχαρίστας ἀκούσας* pro-  
 ponas, quo Auditores eundem recipiant, & receptum  
 arctissimis amplexibus retineant. Multis donis, cre-  
 das, humilitatem operosam locupletat cœlestis Pa-  
 ter; Et tandem id efficit clementissime ac benignif-  
 sime, ut fato defunctus, inter eos esse queas, qui,  
 uti S. Daniel loquitur, *quasi stellæ fulgebunt in perpe-  
 tuas æternitates.* Fiat hoc, propter Jesum Christum,  
 cui cum Patre & Spiritu Sancto, sit Honor,  
 Laus & Gloria, in secula seculorum,  
 AMEN.



Pro-

Propter rerum affinitatem, pagellarum-  
que raritatem subnectam hic centum, è pluribus,  
capita, ministro Ecclesiæ vitanda, è diverforum au-  
torum monitis, promiscuo ordine

B. Theologo  
D. Balthasare Mentzero

collecta.

1. **C**urrere ante missionem, perque casus obliquos se in-  
gerere.
2. Magna flagitia leviter perstringere.
3. In res leviusculas tragice debacchari.
4. Res leves, & parvi momenti nimiis laudibus efferre.
5. Reprehendere, quæ reprehensione carent.
6. Facile credere, quæ rumoribus vulgi differri solent.
7. Quæ clam à privatis gesta, temere in lucem proferre.
8. Dicere, quæ magistratus autoritatem diminuunt, coram  
populo.
9. De seipso ex cathedra dicere.
10. Ambitosum prænomen, Ego, sæpe usurpare.
11. Odio aut invidia incitatum, in quenquam dicere videri.
12. Famæ, & existimationi hominum invectivis detrahere.
13. Falsam adversariis sententiam adfingere.
14. Subtiliter differere de obscuris quæstionibus apud homi-  
nes simplices.
15. Quicquam proponere, quod in nullum auditorum qua-  
dret.
16. Mortuas hæreses refellere, & vitia ignota reprehendere.
17. Exordiis longis, longè petitis uti.

18. Ora-



18. Orationem præter modum protrahere.
19. Hæreses argumentis non sat solidis refellere.
20. Idque magis ad opprobrium, quam emendationem hominum.
21. Præsentes in os laudare.
22. Assentari in parentationibus, Concionibus nuptialibus, &c.
23. Omnes alicujus status personas pariter perstringere.
24. Arrogantius de suis donis sentire.
25. Alios juxta se contempnere.
26. In confessione audita propalare.
27. In occulta scrupulosius inquirere.
28. Quæ sic satis innotuerunt, mala, dissimulare.
29. Minaciter objurgare superiores.
30. Imprudenter de officio Pastorum, coram populo, declamare.
31. Satyricis sermonibus indulgere.
32. Quamvis occasionem arripere excurrendi in querelas & increpationes.
33. Civilia negotia temere reformare.
34. In magnis festis, luctu & exequiis, elenchis & increpationibus indulgere.
35. Nimis multas partes, & divisionum divisiones facere.
36. Suas investivas Spiritus S. inspirationi adscribere.
37. Res claras multis probationibus confirmare.
38. Gradus monitionum negligere, & publicis magis vociferationibus, & detestationibus, quam consiliis sanis, & privatis compellationibus rem agere.
39. Non nisi privatis admonitionibus peccatores publice notos & scandolosos corripere.
40. Palam vituperare illos, quos delictorum serio pudet, ac pœnitet.

41. In-



41. Indiscrete imitari velle heroica exempla eorum, qui vehementiores in objurgando fuerunt.
42. Sub pacato Ecclesiæ statu plus operæ in refutando, quam docendo impendere.
43. Intempestivas objurgationes dicto 2 Tim. IV, 2. palliare.
44. Παρρησίαν nimiam prodere, obvio cuius naves suos exprobrando.
45. Ex sola suspitione, garrulæ ancillæ, aut curiosæ uxoris delatione gregem universum, sive aliquem auditorum criminis alicujus insimulare.
46. Causam propriam seu privatam publice agere.
47. E suggestu bilem evomere in eos, à quibus læsum se autumat.
48. Zeli prætextu quicquam facere absolum aut præposterum.
49. In peragendo cultu divino, Cerimoniis & precibus, à præscriptis ad servandam conformitatem regulis & Ecclesiæ consuetudine recedere, privatoque ausu quicquam sub quocunque prætextu disponere.
50. In furore, & austeritate increpare.
51. A convitiis, & verbis contumeliosis sibi non temperare.
52. Nimis magnifice se inferre, nimiove verborum apparatu uti.
53. Nullam, vel nimiam, styli & sermonis habere rationem.
54. Præ conceptum, & rerum varietate sermonem præcipitare, & deproperare.
55. Onerare magis memoriâ, quam animos auditorum ædificare.
56. Ostentare magis, quam habere eloquentiam.
57. Ingeniosiores idiotismos præpostere affectare.
58. Facetiis & salibus non abstinere, quibus risus excitari possit.

N n

59. Si-



59. Similitudines petere à rebus, auditoribus plane ignotis, ridiculis, insulsis.
  60. Lapsorum pœnitentium famæ consulere.
  61. Castis auribus offendiculo esse, differendo liberius de illis, quæ de propinquorum nuditate non retegenda; de malierum morbis mensstruis; de indiciis intemperatæ virginitatis; de thoro nuptiali, de conceptione &c. Scriptura parce alicubi memorat.
  62. Artis regulis se ita alligare, ut non quandoque populi bono sic exigente, alia tentetur via.
  63. Præmeditatis se ita astringere, ut vel nihil unquam dicatur, quod non præmeditatum, vel ut omnia semper, quæ præmeditata, proferantur.
  64. Fabellas frequenter immiscere.
  65. Allegoriis nimium indulgere.
  66. Metu damni seu odii increpationibus debitis abstinere.
  67. Dicere quicquam, quod dicentis existimationi detrahat; quod bonos contristet; quod malos confirmet.
  68. Gestus, sermonemve affectare.
  69. Sonum vocis instar cantoris protrahere.
  70. Clamore potius, quam claro, distinctoque sermone, rem agere.
  71. Syllabas nihil significantes ex consuetudine periodis annectere.
  72. Habitu indecoro, nimisve seculari comparere.
  73. Nimia cum auditoribus familiaritate contemptum sibi accersere.
  74. Legatis à testamento inhiare.
  75. Largitionibus delectari.
  76. Conviviis publicis & privatis vel nunquam, vel frequentius interesse.
77. Cum

77. Cum hominibus sceleratis, aut suspectis familiariter conversari.
78. Nævos collegarum, aliorumque sui ordinis in vulgus spargere.
79. Esse obæratum, & debita difficulter solvere.
80. Congerendis divitiis nimium impendere curæ.
81. Non ut de altari vivat, sed ut luxurientur, sollicitum esse.
82. Enixe cogitare de consequendo ulteriori honoris gradu, & lautiori conditione.
83. Titulorum phantasiis delectari.
84. Speciem libidinis, levitatisque suspicionem non extreme averfari & præcavere.
85. Indecora cum fœminis familiaritate non abstinere.
86. In dictis, factis, gestu, ornatu, convictuque τὸ πρέπον negligere.
87. Ditescere contractibus usurariis, aliisque lucrandi artibus.
88. Tabernas, necessitate non compulsus, ingredi.
89. Vino frequenter affidere, & potui inebrianti, usuique vini adusti vel Tabaci ad fœtorem usque indulgere.
90. Dicta, factaque sua ad propriam laudem referre.
91. Pertinaciter sibi ipsi placere, & in sua sententia obfirmari.
92. In adiaphoris mordicus esse tenacem, nec unquam populi ruditati se accommodare.
93. Nolle quicquam pati animo sedato à potentioribus, à populo ineptias devorare, imo injurias haud raro transilire.
94. Arcere quenquam plane ab usu S. Cœnæ, de scandalo dato non legitime convictum, & Ecclesiæ censura seclusum.



95. Admittere ad S. Cœnam indignum, contra Ecclesiæ sententiam sese ingerentem.
96. Destitui interiori illius doctrinæ sensu, quam aliis vult commendare.
97. In semetipso non exsuscitare affectum, quem aliis vult imprimere.
98. Zeli ardorem præ se ferre, & interim securo esse animo.
99. Non prius tacita super peccatis populi cogitatione, discrucari, quam indignationis signa edere.
100. Unquam preces omittere, ut feliciter succedat omnium cum populo in sacris dispensandis negotium.

*Omnia probate, quod bonum est,  
tenete.*



INDEX



# INDEX RERUM.

|                                     |     |                                   |
|-------------------------------------|-----|-----------------------------------|
| <i>A.</i>                           |     | pectoribus profunde est in-       |
| <i>Αγαπῶμεν</i>                     | 147 | rendus - - - 38                   |
| <i>Αγαπεία</i>                      | 147 | Christus concionator fuit sapien- |
| Accumulationes divisionum, sub-     |     | tissimus - - - 49                 |
| divisionum ac sub- sub- divisio-    |     | efficacissimus 49                 |
| num non pugnant cum simpli-         |     | opportunitissimus 49              |
| citate sacri eloquii - - - 120      |     | svavissimus - 50                  |
| Adagia sordida & ridicula non ju-   |     | clarissimus ac sim-               |
| vant, sed turbant mentes au-        |     | plicissimus - - - 51              |
| dientium - - - 169                  |     | Christum ab hominibus in scholis  |
| Allegoriæ derivatio - - - 151       |     | fuisse informatum alii negant,    |
| Allegoriæ & Typi differentia 152    |     | alii affirmant - - - 238          |
| Allegorias in Cathedra conciona-    |     | Christum non asinæ sed pullo tan- |
| toria usurpari posse probatur       |     | tum insedisse probatur - 242      |
| dictis & exemplis - 153. 154        |     | Concio quid? - - - 4              |
| Allegoriarum observationes 154.     |     | Concio sit habenda lingua nota 12 |
| 155                                 |     | cum timore ac tremore - 13        |
| <i>Αμεθοδία</i> - - - 123           |     | intermixtis crebris suspiriis 14  |
| Anima homiliarum est applicatio 8   |     | cum fervore spiritus - 15         |
| <i>Αντάσσειοδαι</i> quid? - - - 158 |     | in simplici humilitate & hu-      |
| Apostoli vocati sunt rudes, sed non |     | mili simplicitate & hoc 16        |
| emissi rudes - - - 19               |     | probatur exemplis & testi-        |
| Apostolus Paulus Philosophiam in    |     | bus - - - 89                      |
| se spectatam non contemnit 45       |     | Conciones an sedula opera à mi-   |
| <i>Ἀρρητα ρήματα</i> - - - 241      |     | nistro Ecclesiæ sint conficien-   |
|                                     |     | dæ - - - 97                       |
|                                     |     | respondetur ad objectiones        |
|                                     |     | 101. 102                          |
| <i>B.</i>                           |     | Concionatores an recte faciant    |
| Blasphemia - - - 240                |     | qui eloquentiam in concionibus    |
|                                     |     | sectantur - - - 93                |
| <i>C.</i>                           |     | Negativa probatur dictis &        |
| Causæ ob quas Salvator parabo-      |     | exemplis - - - 93. 94             |
| lis usus est - - - 51               |     | Concordia victrix omnium hære-    |
| respondetur ad objectiones 54       |     | sium - - - 226                    |
| Christus crucifixus & auribus &     |     | Nn 3 Con-                         |



## INDEX RERUM.

- Controversias tractare in pulpito  
sacro num prudenti doctori li-  
ceat - - - 217  
    Affirmativa probatur ratio-  
    nibus & dictis 217. 218
- D.*
- Differentia sermonum quos docet  
sapientia humana & eorum  
quos docet Spiritus S. - 43  
Disputantem - - - 225  
Divisio textus - - - 121  
Diversarum interpretationum re-  
censio non convenit cathedræ  
simplici " - - 142
- E.*
- Ecclesiæ ædificatio non promove-  
tur inani verborum tinnitu 83  
Eloquentia Theologica i. e. Bibli-  
ca - - - 108  
Eloquentia fucosa & fastuosa à  
Paulo improbat - 111  
Eminentia sermonis quid? 40  
Eminentia sapientiæ quid? 43  
Exauditio non promittitur in-  
choantibus sed perseverantibus  
274  
Exotici termini officiant simplici-  
tati Ecclesiasticæ - 142  
Explicatio textus quid? 129  
Exempla sacra nonne ab antisti-  
bus ecclesiæ usurpari possunt 169  
    Affirmativa probatur dictis  
    & exemplis - 170
- F.*
- Fabulas & apologos in sacris con-  
gressibus adhiberi posse proba-  
batur dictis & exemplis 197. 198
- Fides non est verborum sed genui-  
ni sensus verborum - 140  
Fidei dogmata sine troporum or-  
natu sunt proponenda - 109
- G.*
- Gentilium dictorum allegatio an  
sit licita - - - 178  
    Affirmativa probatur dictis  
    & rationibus - 180. 181  
    respondetur ad objectiones  
    183. 184  
    illorum dictorum cautelæ 189  
Gottesgelehrte - - - 261
- H.*
- Hieronymus Apostolum Paulum  
suadæ medullam vocat - 113  
Historia quid? - - - 51  
Honoris ac amoris tituli an salva  
simplicitate à rerum sacrarum  
tractatore possint adhiberi 115  
    affirmativa probatur dictis 115  
    exemplis 116  
    rationibus 117  
Honoris ac amoris tituli non sint  
opimi & non pugnent cum ve-  
ritate - - - 117
- I.*
- Jüngern Ausleger - - - 233  
Incuria typographorum pro voca-  
bulo *Eselein* - - - 248  
Ineptæ & ridiculæ fabulæ in sacris  
congressibus devitandæ - 196  
Interpretatio Scripturæ S. proba-  
tur exemplo Salvatoris nostri 132  
    Spiritus S. - 134  
    Apostolorum 135  
    respondetur ad objectiones 137  
Inter-



# INDEX RERUM.

Interpretationes novas in universum simplex suggestus respuit-ne? - - 230

Negativa probatur rationibus & exemplis 125  
respondetur ad objecta. 248

## K.

Κρίσι βλάσφημον φέρειν 240

## L.

Σάχερliche Historien und Satyrische Aufsätze / numne hæc in hominibus licita - - 189

Negativa probatur dictis & exemplis - 192. 193  
respondetur ad objectiones 193

Lutheri Haus- und Kirchen-Poetill - - 267

## M.

Methodus & ordo differunt 123  
ejus significatio 123  
ejus differentia 123

Methodus apostolice concionandi quid? - - 128

Minister verbi eloquens sit 108

Minister Ecclesiæ plus simplici proficit prædicatione, quam exquisita & polita - 276

Minister Ecclesiæ non omnes errores fundamentales refutare debet - 220

Ministri Ecclesiæ humilitati studeant - - 259

Ministris Ecclesiæ crebra Scripturæ S. lectio convenit 261. 262

Munus γραμματέων - 8

## N.

Natura naturans & natura naturata abhorrent confusionem 123

probatur dictis - 124

rationibus & exemplis 125

respondetur ad objectiones 124. 126

## O.

Officium triplex nullus hominum simul sustinuit in mundo 34

Ομήροι τῶ λόγῳ - 172

Orationes comptæ ac bene pexæ parum efficiunt - 82

Oratorem christianum non decebit floridius & picturatus incedere - - 109

respondetur ad objecta. 110

Ornatu verborum in ambone licet uti - - 113

## P.

Parabola quid? - 51

Paradoxa - - 162

eaque reperiuntur cum in Scriptura S. tum in scriptis patrum - 162

Paræmiæ numne in hominibus simplicibus adhiberi possunt 165

Affirmativa probatur dictis & exemplis cum ex V. T. tum ex N. T. 165. 166

Παροιμίον & Παροιμία - 165

Patrum testimoniorum cautela 175. 176

Paulus non eloquenter sed simpliciter prædicavit - 31

Pharisæi unde nomen derivant 131

Philosophica ornamenta ancillantur Theologiæ - 114

Piis



## INDEX RERUM.

|   |   |
|---|---|
| <p>Piis ac fidelibus nihil amicus &amp; dulcius existit quam nomen Jesus . . . . . 26</p> <p>Postilla Arndii . . . . . 268</p> <p>Postillen-Reuter . . . . . 75</p> <p>Πᾶνες ὄντες . . . . . 245</p> <p>Præcellentia sapientiæ . . . . . 47</p> <p>Præsulis Ecclesiastici finis sit gloria Dei . . . . . 9</p> <p style="padding-left: 2em;">ædificatio proximi . . . . . 11</p> <p>Precatio studii Theologici &amp; muneris Ecclesiastici prora est &amp; puppis . . . . . 272</p> <p>Profana exempla à pulpitis evangelicis non simpliciter excludenda sunt . . . . . 172</p> <p>Pseudo-Politicus . . . . . 24</p> <p>Pseudo-Theologus . . . . . 25</p> <p style="text-align: center;"><b>R.</b></p> <p>Rationes quare Serarius Jesuita sacra biblia vult edisci . . . . . 264</p> <p>Refutationum cautelæ . . . . . 221.222</p> <p>Romainen-Predigten . . . . . 75</p> <p style="text-align: center;"><b>S.</b></p> <p>Sacrilegi sunt quorum homiliarum fundus non est Christus crucifixus . . . . . 35</p> <p>Sententiæ diversæ quo tempore explicatio textus initium sumferit . . . . . 129.130</p> <p>Scriptura sacra non tollit ratiocinia . . . . . 46</p> <p>Scriptura S. humili ac simplici stylo est consignata . . . . . 56</p> | <p>Scripturæ S. crebra lectio Waldensium . . . . . 264</p> <p>Significatio vocis simplicis h. l. . . . . 31</p> <p>Similia sacris immiscere fas est probatur rationibus &amp; dictis . . . . . 145</p> <p style="padding-left: 2em;">. . . . . 146.147</p> <p>Similium proprietates . . . . . 148.149</p> <p>Simplen u. einfältigen Menschen . . . . . 18</p> <p>Simplex quid? . . . . . 18</p> <p>Simplex significat rudem, illiteratum . . . . . 18</p> <p style="padding-left: 2em;">hominem candidum &amp; apertum . . . . . 22</p> <p>Criticum . . . . . 26</p> <p style="padding-left: 2em;">hominem verborum præstigiis fraudesque sophisticas edoctum . . . . . 27</p> <p>Simplex veritas amat simplicia verba . . . . . 79</p> <p>Simplicitatis Ecclesiast. media . . . . . 256</p> <p>Stylo &amp; phrasi Scripturæ utendum est . . . . . 109</p> <p>Superbus animus . . . . . 256</p> <p style="text-align: center;"><b>T.</b></p> <p>Testimoniis patrum raro &amp; parce uti licet . . . . . 174</p> <p>Thema ridiculum num id in sacro suggestu usurpari possit . . . . . 118</p> <p style="padding-left: 2em;">Negativa probatur . . . . . 118</p> <p>Themata ridicula . . . . . 119.120</p> <p>Thematis proprietates . . . . . 118</p> <p style="text-align: center;"><b>V.</b></p> <p>Verbum θεόπνευστον in pulpito Ecclesiastico sonare debet . . . . . 6</p> |
|---|---|

F I N I S.

¶ (\*) ¶

